

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De geomantia; de arte geomantiae - Cod. Karlsruhe 1769

[S.I.], [um 1600]

Titus Pomponius Atticus: [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-250045](#)

Titus
POMPONIVS
ATTICVS:

Sive
DE TRANQVILLITA-
TE, ET ELEGANTIA VITÆ
eruditii, & docti hominis.

LIBER REFERTVS SALVBERRI-
MIS CVM EXEMPLIS; TVM PRÆCEPTIS,
quibus vſus vitæ doctorum hominum, &
studiosorum Adolescentum in omnes
partes conformari possit.

Aloanne Iacobo Beurere, Sackingensi, in Archiducali A-
cademia Friburgensi Brigae Graecarum literarum, &
Historia Professore aliquot aeroſib. publ. familiariter
propositus & explicatus, unā cum OECONOMIA
SOPHOCLEA.



15

98.

HANOVIAE, Apud Guilielmum Antonium.



REVE
IN CH
Domino,
pum Se
laci R
Dom



um Sal
vullo art
timon me
ante, &
vimo d
isi, & a
leponi
attingo
pesider
fimelit



REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI: AC.
Domino, Domino Hilteprando: E-
piscopo Sedunensi: Comiti Valesiæ:
Sacri Romani Imperii Principi,
Domino suo clementissimo,
S P D.

VOTIESCVNq; magnū Roman. vi-
illud, & à seculis abscon-
ditum salutis nostræ per
Iesum Christum, Domi-
num Saluatorem nostrum mysteriū
paulò attentius, & religiosius cum a-
nimo meo considero; toties cum pi-
etate, & grata mente eorum vices ex
animo doleo, qui æterni illius bene-
ficii, & adoptionis in filios Dei; της
γεννωντας, καὶ γενεθλίας: cognitionis,
& religionis Dei in Christo partici-
pes esse non potuerunt. Reuerendissime
in Christo Pater, Princeps illu-

A 2

4 E P I S T O L A

strissime. In eo genere non solum
gentes pleraque, extra peculiarem
Dei populum: sed & philosophorū
discēdi, sciendiq; cupidissimæ scho-
læ; multiq; alii ingenio, doctrina, vir-
tute, & sapientiæ studio præcellentibus
viri fuere. Infinitum sit omnes recé-
fere. Monarchiæ quidem Romanæ
florentissimis temporibus duæ illus-
tres animæ, duo indiuidui Achates,
T. Pomponius Atticus, & M. Tullius Cicero
non tam eloquentiæ, quam philoso-
phiæ, & sapientiæ studio clarissimi
exstitere. Quorum hic quidem ex
summorum philosophorum sen-
tentia huius vitæ officia: fines item
bonorum, & malorum accurate qui-
dem inuestigauit; non inuenit: me-
dicinas ad omnis generis animi mor-
bos persanandos diligenter quæsivit,
efficaces illas, & veras non deprehē-
dit: Deorum naturam potius animo
agitauit, quam complexus est: leges,
Rempubl. cum magistro Platone so-
mniauit: non vidit. Hic verò quæcun-
que

Cicerolib.
De offici-
is, De finib.
bonorum &
malorum.

De natura
Deorum.
Lib. de le-
gib. R. P.
T. Pompo-
nius Attic'.

A
non sit
peculiare
philosophi
lima sc
octrina
r accele
omnes
m Rome
us duz
ui Ach
Tulli Cr
am phil
io clini
quidem
orum d
: finis
accutans
nuenient
animis
ter quippe
on depre
tius am
s est leg
Plato et
ro que

DEDICATORIA. 5

que pro scitis, & compertis in philosophia haberet, vita, factis, & moribus repræsentare, & exprimere studiose conatus, bene, beateq; viuendi summo fine ignorato, parum profecit. Quid ita? Aberrarunt à ianua, quæ Christus est: in quo omnes sapientiæ & scientiæ thesauri: qui vnicus est *Sol iustitiae, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* De sola enim Christi, & Christianorum propria *θεογνωσίᾳ περὶ θεοφέταις* vere magnificum illud Pindari elogium dici potest:

Pindar. Ode
prima Olym
piorum.

μηνέθ' ἀλίς σκίπετ
ἄλλο θαλπνόπερον
ἐν αἱμέρᾳ Φαενὸν ἄστρον
ἐρήμας δὲ αἰθέρος. id est:
Nequaquam Sole contempleris
Splendidius astrum
Latens interdum
Per vacuum aetherem.

Quod cum ita sit: est tamen ope- Basilius in
re pretium ad ingratitudinem nostrā homilia de
detestandam; ad veternum nostrum vtilitate ca-
pienda ex

6 E P I S T O L A

gentilium
scriptis.

executiendum ardentissimum stadiū
omnis generis virtutum hominum
nulla veri Dei religione imbutorum
cognoscere, & admirari. Inter quos
T. Pompo.
Atticus trā-
quillitatis
philosophi-
æ & multa-
rum virtu-
tum insi-
gne exēplar.

*At-
ticus*, qui philosophiæ studio inflam-
matus, non eius, inquam, quæ argu-
tiis disputationum, barba, veste sele-
vendirabat; nec ultra verba proficie-
bat: sed eius, quam ille legem vitæ
statueret, quam viuendo, agendoq;
gnauiter sequeretur, & exprimeret,
ita quidem, ut ego vix existimem ex-
stisse hominem Ethnicum amplis-
sima dignitate, re lautissima, in quo
luculentiora prudētiæ, iustitiæ, tem-
perantiæ, frugalitatis, tranquillitatis
philosophicæ, aliarumque virtutum
non adumbrata; sed vera, & viua ex-
empla eluceant. Nemo, inquam, ex
omni antiquitate (loquor de philo-
sophica) neq; tranquillitatis, *νο_η εὐ-
λαβείας* philosophicæ, neque studii,
Idea n^o 71- neque dignitatis, & omnium prope-
tationum, officiorum illustriorem ideam vitæ
literati,

D E D I C A T O R I A. 7

literati, & docti viri in medium ad- erudit, &
ferre poterit. Ille enim, vt ait Cor- docti viri.

nelius Nepos: *Principum philosopho-*
rum ita percepta habuerat praecepta, vt
his ad vitam agendam; non ad ostentati-
onem uteretur. Itaque audiui ego vi- Meum acri:
rum quendam magnum, & doctis- ama.
simum, qui vitam perpetuo egit ho-
noratam, & tranquillā hanc T. Pom-
ponii vitam nice ob oculos positam
habuisse, ad eamque, tanquam ad
Cynosuram in omnibus huius vitæ
periculis respexisse. Rectè quidem
ille, & prudenter. Videmus enim
permultos, eosq; longe doctissimos,
hac tamen prudentia & *vouweχεια* Ar- ^{πομιχνία}
tici nostri, & moderatione destitu-
tos (quēadmodū Aristoteles de Ana-
xagora, opinor, dicebat: *illum quidem*
doctissimum fuisse, vouū δὲ τὸν εἰχεν: sed
mentem non habuisse) in maximas ca-
lamitates incidere: aut sibi vlt̄ō ac-
certere. Atticus verò cum in pueri- Attici æta-
tia in tumultum Syllanum, Cinna- res Romana
num, Marianum: sequentibus æta- turbulen- if-
sima ut ni-
bil supra.

A 4

8 E P I S T O L A

tibus in bellum ciuile inter Cæsarē,
& Pompeitum : in principatum Bruti,
& Cassii : item Antonii triumviratū:
et deniq; in bellum Mutinense,
i.e. in grauissimas, & periculosisstimas
R. P. Romanæ perturbationes inci-
disset ; maximarum virtutum præsi-
dio septus, adamatam *euθυμίαν*, tran-
quillitatem vitæ philosophicæ per-
petuò in tantis R. P. fluctibus saluus,
& in columnis cum dignitate & hono-
re conseruauit : imò cauit ; ne quain
re vnquam plecteretur.

Anno 88.

Quibus de causis cum ante annos
nouem acroases historicas in vita A-
ristotelis, Ciceronis fecissem, eius-
dem Attici vitam à Cornelio Nepo-
te descriptam studiosis adolescenti-
bus similiter explicandam putaui.
Sensi hoc illis gratum, multis etiam
è re fuisse : & tandem, id quicquid
est, publici iuris facere non dubita-
ui : tanto etiam lubentius, quod filii
etia mei iam eò atatis processissent,
vt his etiam humanioribus præsidiis
aduer-

01
e inter Cels
incipitum l
omni trienni
un Munici
periculosa
turbationes
i virtutum
m iuris.
ulophorus
Auct. boni
ignitatem d
o cauit; ne
etur.
s cum ann
toricas in
is fecisse
Cornelio
diosis adde
licandam p
um, multiss
dem, id que
acetate non de
penitus, quo
atis procella
nioribus per
01
DEDICATORIA. 9
aduersus omnes huius vitæ casus in
estate tam lubrica escent muniendi,
& exemplis instruendi.

Vestrae verò Reuerendissime, at-
que Illustrissime Princeps, Domine
Clementissime, Reuerend. atque Il-
lustriss. Celsitu^{dini} hāc qualem cunq;
meam operam do, dico, dedico. Pri-
mum, vt exstet meæ erga Reuerend.
& Illustriss. V. Celsitud. obseruantę
publicum aliquod monumentum:
deinde vt intelligat non solum hasce
virtutes sibi cum T. Pomponio Atti-
co communes; sed multò & plures,
maiores, & magis heroicas, & à Chri-
sti Hesu Spiritu S. profectas. Huc ac-
cedit, quod studii huius mei, historię
nempe cum fructu docendæ testem
amplissimum, & lautissimum prædē
apud Reuerend. & Illustriss. V. Cel-
situd. habeam; nobilem & Reueren-
dum in Christo Patrem; Dn. Hadri-
anum de Rhiedtmatten, Cathedra-
lis Ecclesiæ Sedunensis Decanum,
& apud D. Mauritium Abbatem pi-

10 EPIST. DEDIC.
entissimum, Reuerend. & Illustriss.
Celsitud. V. ex fratre nepotem, A-
cademię nostrę quondam alumnum
insignem, qui meas scholas publicas,
& acroases historicas, quas ante mul-
tos annos in optimis quibusdam au-
storibus faciebam, studiosissime, di-
ligentissimeq; longo tempore adire
solitus fuit. Neq; ab eo tempore suā
erga me benevolentiam, & gratitu-
dinem frequentib. literis testari de-
sīt. Deus opt. max. Pater Domini
nostrī Iesu Chrtisti Reuerend. & illu-
strissimam V. Celsitud. Ecclesię Ca-
tholicę, & toti Valesię vestrę quam
diutissime florentem, & in columem
conseruare, & omni diuinę benedi-
cōtionis genere cumulare, eternumq;
beare dignetur. Dat. Friburgi Bril-
gęz, prop̄ rosas Erasmianas seroti-
nas, mense Decembr. anno 1597.

Reuerend. atq; Illustriss. Celsitud. V.
Studioſiſſimus, obſeruantissimusq; Ioannes Iaco-
bus Beurerus, in Archiducali Academia Friburg.
Brif. Graecarum literarum & historia Professor.

Epigram.

Epigramma

M. IOANNIS IACOBI
BEVRERI, IVNIORIS: LL.

Studioſi in patris ſui T. Pomponi-
um Atticum.

T Andem Erebi redit horrifícis POMPO-
NIVS ZMBRIS,

Facundum cuius mirata eſt Gracia pētus:
Barbaries quin omnis, & antiquissima Roma;
Socratica reuocatus ope; & pio amore, BY-

RERI.

Solus hic archetypus vita effigiesq; quieta:
Delicia Regum, Charitum decui, inclita fama
Vinacis sophia. O, quicung, heroa ſalutans
Augustum, & normam vita cognouerit omne:
Suaunter ingeminans, POMPONI maxime,

dicit,

Quantum te Aſoniiſ heroēm Dij generārunt!

Aristoteles.

*Ἀρετῆς παντελοῦς σὸν αὐτὸν γένεται
πιμὴ ιστέρρωνε.



PRIMA PARS VITÆ

T. POMPONII ATTICI

de eius ortu, natalib. pueritia, & peregrinatione Academica.

Aphorismus I.

Accrasis pri- Pomponius Atticus ab origine ultima stirpis Romanæ generatus; *ma primo* perpetuò à maioribus acceptam *Decembr.* equestrem obtinuit dignitatem. *Anno 1588.*

Baro Streinius de familijs Romanis, consulē poterit.

Litere nobi- N hoc primo Aphorismo multa dici possent de stirpibus Romanis antiquissimis, de nobilitate, & ordine equestri; sed hæc adiuncta non sunt hu*lis summis inge-* ius instituti. Tantum hoc obseruari debet; *nys digniss.* literarum studium nobilissimis quibusvis dignissimum esse. Illud etiam studiosi admonèdi sunt; si qui honesto loco nati sunt, illi cum Pomponio nobilitatem à maioribus acceptam perpetuò conseruare: imò augere, illustrare, & nouis ornamentis locupletare contendant. Sic Cicero suis præluxit maioribus. Cæteri, quæ maxima turba est:

Tenuiores.

baest: maiorum obscuritatem, & ignobilitatem recte factis, & omnis generis virtutibus nobilitare conentur. Vide quæ dixi in Proemio Peripatetico Aphorismo primo. De nobilitate legant studiosi Satyram octauam Iuuenalis eruditissimam. De nobilitate literata extant etiam scripta doctissimorum hominum nostræ ætatis.

Aphorismus II.

Patre vsus est diligente, indulgentे,
&, vt tum erant tempora, dite; in
primisq; studio literatum. Hic,
prout ipse amabat literas omni-
bus doctrinis, quibus puerilis æ-
tas impertiri debet, filium eru-
diuit.

Hic secundus Aphorismus descriptio- *Vide infra*
nem, & adiuncta patris Pomponii comple- *de Oecono-*
ctitur: diligentiam (quæ laudatissima in *miciis virtu-*
patrefamilias virtus est) sed multò laudabi- *tibus T. Pom-*
lior ea cura, atq; sollicitudo, qua filium in. *ponij Attici.*
stitui curauit. Quæ omnia cuiusdam felici-
taris, & virgulæ diuinæ sunt. Vide quæ di-
cta sunt ad Aphorismum primum proœ-
mii mei Peripatetici. Illud, quod est in fi-
ne huius Aphorismi nobis accuratè perpe-
dendum est: curasse scilicet Pomponii pa-
trem filium omnibus iis doctrinis erudiri,

Vide Suetonius de clara vita Ciceronis. quibus artis puerilis imbuī solet. Qualis autem fuerit ~~modus~~ sive institutio veterum ~~grammaticis~~ Romanorum, ex compluribus locis Ciceronis hinc inde apparet, & à Quintiliano

in Institutionibus Oratoris apertus ostendit. Ego quoq; ante annos quinque multis per ansas d'ea huius generis in medium attuli in explicaciones publicas canda per similes acroases vita Ciceronis, ame propositi quæ commentationes forsitan adhuc in quorundam studiorum manibus versantur. Nostra etiam aetate de optimo genere institutionis, & disciplinæ quaeritur, in ea que re tanta est opinionum, & sententiarum varietas, ut difficilimum sit aliquid statuere. Est in medio Plutarchi libellus, & Sadoletti libellus de liberis recte instituendis & educandis, cui titulus *Hortensis*. Sunt etiam in promptu libri Ludouici *Vivetus* de corruptis, & tradendis disciplinis. Sunt alii complures. Nos, omilla prolixiore de his rebus omnibus oratione, vires quasdam admonitiones, & ad presentem, de institutione optima, Questionem accommodata, de ordine, & ratione discendi in mediū adferemus: dum quod in manibus habeo, de optimo genere instituendi perficerem licebit.

Topica,

Noptia, & progressio docendi, viri
longe doctissimi.

Acroasis se-
cunda, secu-
do Decemb.

- 1, Lectio
- 2, Exempla declinationum, & coniuga-
tionum.
- 3, Nomenclatura, & nominum *νομίμα*, *progressio te-*
nenda:
Nomenclaturæ enim vocabula singula di-
stingueda suis generibus, & formis: inte-
gris, & partibus, societatibus, inimicitiis,
propriis notis, & diuersis, signis, causis & ef-
fectis. Vide *Riuum de pueris Instituendis*.
- 4, Grammatica, & Epistola Ciceronis
selectæ. Sententiarum formulæ generibus,
casibus, modis, temporibus, personis, ver-
bis, nominibusq; : vel diuersis: vel idem si-
gnificantibus : vel eodem pertinentibus,
commutandæ, & accommodandæ vsui, &
loquendi consuetudini quotidianaæ.
- 5, Syntaxis, & Regularum memoria, &
vsus confirmandus analysi quotidiana, fin-
gulis singulæ partes Epistolæ alicuius pro-
ponendæ ad verbum. Sed crebrò iteranda
sunt ista, & commutandæ personæ.
- 6, Υπόθεσις, id est, breue argumentum
quotidie proponendum ex iis, quæ cognou-
erunt.
- 7, Volumen carminum Græcorum, &
Latinorum instituendum: item sententia-
rum ex Cicerone, & Demosthene.

16 T. POMPONIUS

8, Prosodia proponenda. Virgilij Eclogæ. Hic Græca Nomenclatura incipit. Cato, & Lælius Ciceronis. Grammatica Græca. Singuli pueri singulos absoluant locos, in quibus latent rerum *locus dñi, regi, periorum* vocabula non solum ordine doctrina; sed etiam naturæ retento. Poëtarum versus soluant, & poëtica nonnunquam commutent oratoriis & historicis. Oratoris aliquem locum grammaticè interpretentur.

9, Pueri quam plurima audiant, interpretentur, intelligent, memoriter etiam multa recitent. Volumen exemplorum, argumentationum, & amplificationum. Ad datur Verrina sexta, quæ præcipue omne genus narrationum continet. Diebus *festis*. *Catechetica aliqua lectio proponatur.*

10, Exempla Exordiorum, Partitionum, Narrationum, Digressionum. Questionū infinitarum, gradium, amplificationum. Ornamenta: *ep̄i m̄i : x̄p̄ia m̄i*. Methodi Rhetorum, Herenniana præcepta Elocutionis. Hermogenes de figuris dicendi. Oratio Ciceronis pro Cluentio, quæ exempla habet omnium *uaθn̄ia των*, quæ de Narrationibus traduntur. Demosthenes: Homeri Ilias, aut Odyssæa. Græci Oratorij exordium. Narratio, Loci communes ad amplificationem Latini; aut Græci sermonis faciunt. Idem in historicis, & poëtis. Progymnasmata, Comœdiarum Actiones. 11, Sa-

11. Sapientiæ instrumentum, id est, Dia-
lecticam in manus discipulis tradenda; &
potius à ~~co~~ initium faciendum. Huic co-
mes si Rhetorica, ut altera ab alio latere
non discedat. Hicq; ~~hinc~~, & imitatio. De-
clamationes, & Catechetis diebus festis.

12. Dialeticæ usus ostendendus in De-
mosthene, & Homero. Virgilio, Thucydide,
& Salustio. Sribendi & declamandi con-
suetudo retinenda.

Sex virtutes, quæ in Magistro inesse debent.

1. Prudentia Quantum munus suscepit: vt officiū
cuius est cō- suum laudabiliter faciat.
siderare; Qualis sit de se ex- Parentum,
pectatio Patriæ,
Eruditorum,
Bonorum omniū.

2. Dilige- Vna sita est Naturā, Non solū
gentia, in recogni- Ordine, copiofus,
quæ cō- tionē earū Necessitate, vt ap-
se- rerum, quas Utilitate, parat^o
sequi- discendo cō- Modo, noster
tutri- secutus est: Facilitate: sit
tū. quas distin- Altera in ea verum
que- guit inter se rum intelli- cibum puerili stomacho salubre
cō- genteria, quas gentia, quas sentimus, eum recondamus.
se- ignorat, & Deinde: cum Quomodo,
ceptoris quas dein- hęc dūo peracta Quo ordine,
distin- ceps discit. erunt: consulta- Quo tempore
cta in Nam quia tio sequitur ci- porrígamus.
tres spe- nobis nō le- bum conditum B
ies: gimus sed beneq; coctum.

In Magistro inesse debet

T. P O M P O N I V S

Tertia in consultatione, quomodo eas suo discipulo tradat, ut minimo labore, nulla cum molestia consequatur, quæ ei sunt necessaria ad mores, prudentiam, doctrinam, vitam.

3. *Fides*, quæ in diligentia inesse debet; { *Vtilitate*.
quæ censenda est discentis { *Progressu*.

4. *Doctrina*. Sit ergo talis
Magister.

{ *Perfecto lite-*
raturum cursu, { *cum antiquita-*
tum civilis sci-
entiae,
Multarum rerum vsu,
Consummato iudicio,
Amabili ingenio,
Graui lenitate,
Morum elegantia.

Pietas, { *æstatum*
Vbi ne- *vicio*,
cessse est *hominū*
follicite *imperi-*
proui- *tia*,
dere, ne *fraude*
vel *impro-*
ritaria *borum*
religio *reli-*
cōtami-
netur.

5. *Religio*: quæ est singularis hominis virtus ignem in homine inflamans diuini amoris.

{ *Canere suis horis*, { *Socr. apud*
Venationibus, { *Platonem*:
Natationibus, { *μηδικής*
D i u n i o n i s . m i litaribus, { *παιδείας, αλ-*
litaribus, { *τάξις, ερ-*
Salutu, { *μετρεψη*
Cursu se exercere. { *τέχνης*

6. *Moderationis* duas partes sunt:

{ *Vna corpo-*
ris, id est,
ludi, & io-
cosæ volu-
ptatis:

Altera

A T T I C U S.

19

Altera ani-
mi, id est, do-
ctrinæ, &c.
riæ volunta-
tis; quæ effi-
cit, vt

Puer cum voluptate discat,
Difficilia facilia videantur,
Tollatur fastidium,
Sollicitudines matrum admantur,
Ne Magistri morositas timeatur,
Maximopere enim tenenda est Socratis in
codem loco sententia:

Ψυχὴ δὲ Βιαζονέμεια φένει μάθημα.

Basilius: Βιαζονέμεια φένει μάθημα & πέφυκε τοῦτο.

De Temporibus, & distributione operarum.

Audiendi, in quo duo sūt personarum genera. Nā vtimur	Doctorib. vt	Difficiles	Plat. Gorgias,
	Cicer filius	ad intelli-	Protagoras,
Cratippum audiuit, à quib. cognoscendis sunt auctores	Cratippum	gendum	Thucydides,
	scendi sunt	Arduarū	Demosthenes,
	rerum: vt	Arist. de Repub.	& morib.
	sunt	Cicer, &c.	

Recitatoribus anagnositi.

Legendi,
in quo
obseruā-
da duo:
alterū

Partien- dus est dies, in duo tē- pora;	Antemeridanum,	Ciceroni, Stylo tribuen- dum.
	Pomeri- dianū	1. Mortum disci- plina.
cæteris auctori.	Per omnē vitam le- genda, & commē- tanda	Ciuilis do- étrina,
	Sunt au- tē quæ- dā, quæ	Historię, Sacri scripto- res, Ciceronismō numenta.

Tria tempora sunt studiorum:

B 2

2.

Semel legisse satis est, cum sci-
licet grauiorib. laboribus mens
fatigata ad se relaxandam re-
cedit.

3.

Certis temporibus sunt recon-
gnoscenda: cum opus aliquod
conficimus, redeundum est ad
eam rerum explicationem, cui-
us rationem in reb. pronunci-
andis sequi volumus, & cuius
quam simillimi esse volumus.

Ratio in le-
gendo, in
quo labor-

Primus con-
sistit in his,
vt

Cura ha-
beatur

Rerum
&
verboru.

Percurramus vniuer-
sum: vel librum; vel
orationem; vel Epi-
stolam, vel opus. De-
in singula cognoscē-
da, ponderando, au-
diendo in manus su-
mamus.

Argumentorum,

Proximus est { &
Ordinis.

Commentand'. Stylus autem { Notis, Prolixis,
applicatur rebus non { &
autem Obscuris.

Apho-

APHORISMVS III.

Erat autem in puerō præter docilitatem ingenii, summa suauitas oris,
 & vocis: vt non solum celeriter acciperet, quæ tradebantur: sed etiam excellenter pronunciaret.

Proximo Aphorismo audiuius: quis auctor Potponio fuerit, vt se se studiis lite rarum dederet: nempe pater, & quidem eruditus pater. Plerunq; autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur, ait Cicero primo Officiorum. Sic Hippocratis familia Medicinę possessio- nem diu retinuit. Apud Iudeos, & Aegyptios de Aegypti hæreditaria fuere sacerdotia. Deducuntur τιάδαι. autem à patribus filii ad sua studia, si prosperto in iis flatu vni sunt: neque liberorum plerunq; ingenia diversa, genios dissimiles considerant. Idem Cicero paulo ante: Quorums vero maiores aliquæ gloria praefliterunt; ii studient plerunq; eodem in genere laudis excellere: vt Q. Muttius P. F. in iure ciuili: P. F. Africenus in re militari. Consideret igitur quilibet adolescentem, quibus parétitibus sit ortus: quas vita rei familiaris copias habeat: quo ingenio; quo animi vigore sit: in quæ loca, in quæ tempora inciderit: atque ex his omnibus paulatim perspicere incipiat, quo se peruenire posse, probabile sit, in eoq; elaboret. Illud

B 3

Attendant autem teneat, utriusq; lingua cognitionem, hic tardi rerum proficiscentiarum artes, & Philosophia, eius preterim res, qui compendia dispensatio secesserit.

qua de moribus est, ac Mathematum principia in omni vita genere, maximo sibi & v-

sui, & ornamento fore. Quibus perdiscen-

dum occupatur, confirmata aetate, & iu-

dicio, rectius de constituendo genere vita,

avicia doceat. deliberavit. Pietatem Christianam, & Catholi-

cum dpx in aitavto, & pnoe faciat, & habeat. Per-

git Cicero ibidem: Quidam autem ad eas

laudes, quas a maioribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus, cumula-

uit eloquentia bellicam laudem. Quod idem,

fecit Timotheus Cononis filius: qui cum bello

laude non inferior fuisset; quam pater, ad eam,

laudem doctrina & ingenio gloriam adiecit. Hi

vero magnam laudem assequentur, qui pat-

ternam virtutem non modo imitantur, sed

Herorum filii etiam superant. Alias ipaorū i βλάστας, pro-

noxea. proverbio dicuntur. Ceterum paucis contin-

gunt illustres patres: paucioribus id datur, ut

eos superent: multos patribus similes nasci;

plures Homero auctore, illis deteriores: Oi-

mores, inquit, κακίς, παῦροι δέ γε μάτις ἀπίστες.

Et Horatius:

Ætas parentum peior avis tulit

Nos nequiores, mox datus

Progeniem vitiosorem.

Sed si acciderit, ut natus ferrei, aut argen-

tei generis (ut est apud Platonem) transeat

in

Plato.

in genus aureum: tum alta spectanda erunt,
 & ad ea honestis studiis contendendū. **Quin**
 etiam quod sequitur Ciceronianum præce-^{1. Offic.}
 ptum addamus. *Fit autem interdū*, ait ille, *ut*
nōnulli, omisſa maiorū imitatione, suum quod-
dam institutum sequantur: maximeque in eo
plerungq; elaborant ii, qui magna sibi proponunt
obscurus orti majoribus. Hoc studiosis litera-
 rum plerungq; faciendum est, quorum maxi-
 ma pars obscuris, & pauperibus parentibus
 orta est. Nam, ut Græco proverbio dicitur:

Ανίσια πάντοφιαν ἔλαχε. Et Satyricus:

Haud facile emergunt, quorum virtutibus iuuenalia.
 obſtat.

Res angusta domi: —

Idcirco singulari eis industria, labore, to-
 lerantia, conatu multiplici opus est, si voto-
 rum compotes fieri voluerint. Videntur au-
 tem suapte natura potius, quam fortunę be-
 neficio, (et si absq; hac parum sane valet ipsa
 industria) emergendi quatuor potissimum
 esse occasiones: *Fauor magnorum Principū,*
 aut fidelissimis officiis: aut callidissimis ob-
 sequiis emerendus: *mercatura ſolertia: Rei*
 familiaris peritia: literarum excellentia, sub
 quibus etiam facie dotia comprehendivo-
 lo: ut sub mercatura Plutonica illa regna, rē
 metallicam dico. Sed haec & maximum in-
 genii vigorem, & longum tempus, & inge-
 nes labores postulant, neque ſemper incolu-

*Quatuor o-
casiones e-*

merendū.

1.
2.
3.
4.

mi iustitia contingunt, & ubi contigerunt,

Doctrina firmatio sepe rursum amittuntur. Doctrinæ quidem

forma est possessio: sed nimis vere Lucianus:

H' παιδεία, inquit, Ε πίνε πόλην, Ε χρόνον μακρύν, οὐδὲ

διπλάσια σπουδάς, Ε πύχε δεῖται λαμπτεῖσθαι. Subito

Martialis. autem & facilime beat: *Rei non parta labore,*

sed relata. Etiam locupletes nuptiæ multis

profuerunt: Sed duram habent plerunque

annexam seruitutem, aliquando quoq; tur-

peni coniunctam: quia

Intolerabilius nihil est; quam fœmina diues.

Quare Martialis non infacete responderet a-

miciis:

Vxorem quare locupletem ducere nolim,

Quaritis? uxori nubere nolo mea.

Porro tertius hic Aphorismus pueritiam

Pomponii, εὐγένια, id est, bonitatem naturæ

& ingenii excellentiam, unde docilitas, &

εὐμένη oritur: insuper, corporis quedam

bona, suavitatem nempeoris, & vocis com-

plectitur. Quæ omnia nulla diligentia, nul-

lo studio præstari possunt; sed diuinitus no-

bis donantur. Discamus ex hoc loco hæc cō-

sextaria: In studio literatum docilitatem,

& bonitatem ingenii requiri, cum qua si or-

is, & vocis suavitas, si externa quædā gratia

coniungitur, tunc eximum quippiam inde

solere existere.

Gratior est pulchro veniens ē corpore virtus.

Sed dicat aliquis: & quæ nam sunt illa in-

dicia

εὐγένια &
bonitatem
naturæ.

Consectaria.

dicia ingenii, docilitatis, aut præclaræ indo- *Indicis inge-*
lis? responderet Nepos: *celeriter accipere, quæ nii, docilita-*
traduntur. Vide quæ de differentia ingenio- *sis.*
rum aliquando ex Aristotele in Ciceronis & *In Proæmio*
Aristotelis vita docui. *meo Peripa-*
retico.

APHORISMVS IV.

Qua ex re pueritia nobilis inter e-
quales ferebatur, clariusq; exsplen-
descebat; quam generosi cōdiscipuli
animo æquo ferre possent. Itaq; mu-
tabat omnes studio suo. Quo in nu-
mero fuerunt L. Torquatus, C. Marii
filius, M. Cicero, quos consuetudine
sua sic sibi deuinxit, ut nemo iis per-
petuo fuerit charior.

Hoc Aphorismo Cornelius adiuncta pu-
eritiæ: Attici nobilitatem & æmulationem:
effecta, & vim exempli, & æquales, siue con-
discipulos proponit. Quæ omnia studiosis
cum primis proposita esse debent. Nam in
prima pueritia ea signa studii, diligentia, &
virtutum edere, ut inde nobiliteris; & aliorū
æmulationem concites, in admirationem
rapias, tibi benevolentia in hac etate deuin-
cias, præclarum quippiam, & magnum iure
debet censeri. Ingenia enim (sæpe ex Pin- *Pindarus.*
daro repetebat Hartungus præceptor meus

26 T. POMPONIUS

A' un'χερον meritiss. p. m. non possunt latere. Inter ea
ευσέβειας ήγειας obseruentur à studiosis insignia noemata: 1.
εργάται. generosū discipuli alios ex splendescere aquo ani-
mo ferre non possunt. Quintilian. Hic mibi de-
 2. *tur puer, qui vultus fleat: ingenia alios suo stu-*
 3. *dio incitanti: amicitia, pueritia annis, & studii*
contracta diutissime durant.

APHORISMVS V.

Orbitas T.
Pomp. Attic.

Pericula in
iuventute.

Consilia de
Academica
professione
& peregrina-
tione.

Defectus A-
cademiarum
Beneficia
in Marium
hostiem iudi-
cavit.

Pater mature deceperit. Ipse adolescentulus propter affinitatem P. Sulpitii, qui trib. plebis interfactus est, non experts fuit illius periculi. namq; Anitia Pomponii consobrina nupserrat Seruio Sulpitii fratri. Itaq; interfecto Sulpitio, posteaquam vidit Cinnano tumultu ciuitate esse perturbatam, neq; sibi dari facultatem pro dignitate viuendi; quin alterutram partem offenderet, dissociatis animis ciuium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis fauerent partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit. Neq; eo secius adolescentem Marium hostem iudicatum iuit opibus suis: cuius fugam pecunia sub-

subleuauit. Ac ne peregrinatio illa
detrimentum aliquod afferret rei fa-
miliari, eodem magnam partem for-
tunarum traiecit suarum.

Adolescentia Pomponii hoc Aphori-
smo incipit: in qua aduersa quædam Attico
acciderunt: vt, orbitas patris, & periculum
tumultus Cinnani. Ex quo ille sese pruden-
tia quadam supra æratem maiori expedinit.
Solertia enim & prudentia hæc omnia fue-
rūt, periculum illud animaduertere, & per-
turbatum R.P. statum videre: sua dignitatis
rationem habere; quod quidem perpetuo,
& tota vita egregie, & præclare præstít: illā
occasione obsequendi suis studiis arripe-
re: Athenas vero eo tempore oninum di-
sciplinarum studiis florentissimam sese con-
ferre, non solum prudentiæ, sed & amonita-
tis, ingenii, φιλοκαλίας, Θεωρητικίας fuit. Athe-
næ enim semper, quasi domicilium, ac poti-
us emporium quoddam & sapientiæ, & elo-
quentiæ habitæ fuerant: quæq; plures in eo
genere præstantes viros protulerunt, quam
reliqua vniuersa Græcia. Multæ extant hu-
ius urbis commendationes. Græci Ελλάδα ἡ τῆς
Ελλάδος, appellant. nomen habet Σόλην, Αἰγα-
ία, à Minerua, artium & sapientiæ præside.
Vnde & apud Platonem Αἰγαῖος honorificè-
tius nomen habetur; quam Αἴγαος. Atque

*Curarei fa-
miliaris.*

Solertia.

prudensia.

Cic. l.i.Off.

Socrates cū

alibi, tum in

Panegyrico.

28 T. P O M P O N I U S

*enadēta
Attici*

hoc primum exemplum est *enadēta*; circū-
specctionis, & prudentiæ; vel potius elogiil
lius Corneliani: *Canisse nempc Pomponium*,
perpetuo, ne qua in re unquam plectetur. In
eodem hoc aphorismo non sunt prætereun-
da duo exempla beneficentia: alterum dili-
gentiæ Oeconomicæ. Discant ex hoc loco
studiosi, quibus parentes maturius decedūt;
sibi suam vitam fidis illis monitoribus desti-
tutis prudenter esse instituendam: sese ex
tmultibus prudēter subducant: nullis par-
tibus, si fieri potest, aut saltem melioribus, si
ita necesse est; sese addicant: occasiones stu-
diorum, quoties dātur, arripiant; ad illustres
& florentes omni doctrinatum, & virtutum
genere Academias sese conferant: officiis,
opibus suis alios iuuent: & paterna bona at-
que hæreditatem studiose conseruent.

A P H O R I S M Y S VI.

De Academica vita T. Pomponii.

Hic ita vixit, vt vniuersis Atheni-
Gratia ho-
minum. enibus merito esset charissimus. nā
præter gratiam, quæ iam in adolescē-
Liberalitas. tulo magna erat, sāpe suis opibus in-
opiam aliorum publicam leuauit. Cū
enim usuram publice facere necesse
esset:

esset: neq; eius conditionem æquam *Exempla.*
 haberent, semper se interposuit, atq;
 ita, vt neq; vñram vnquam ab iis ac-
 ceperit, neque longius quam diætum
 esset, debere passus sit. Quod vtrunq;
 eratiis salutare. nam neq; indulgen-
 do inueterascere corum æs alienum
 patiebatur, neq; multiplicandis vñ-
 ris crescere. Auxit hoc officium alia
 quoq; liberalitate. nā vniuersos fru-
 mento donavit, ita vt singulis VII.
 modii tritici darentur, qui modius
 mensuræ *Medimnus* Athenis appellata-
 tur. Hic autem sic se gerebat, vt cō-
 munis infimis; par principibus vide-
 retur. Quo factū est, vt huic omneis
 honores, quos possent, publice habe-
 rent, ciuemq; facere studerent: quo
 beneficio ille vti noluit: quod non
 nulli ita interpretantur; amitti ciui-
 tatem Romanam ascita alia. Quan-
 diu adfuit, ne qua sibi statua ponere-
 tur, restitit: absens prohibere non po-
 tut. Itaq; aliquot ipsi, & Piliæ locis *Vide Cicerv.*
passim in E-
pist. ad Atti-
cum, & pra-
fertim lib. 86

Medimnus
sex modii Ro-
manti.

Locus Poli-
ticus.

30 omni procuratione R. P. actorem, au-

*Epicrises Cor
nelii Nepotis.*

ctoremq; habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potissimum virbe natus est, in qua do-

*Munus for
tunæ.*

micilium esset orbis terrarum imperii, vt eandem & patriam haberet, & domum : hoc specimen prudentiæ;

*Specimen
prudentia.
Athena.*

quod, cum in eam se ciuitatem contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrinæq; præstaret omnes, evinus antealios fuerit charissimus. Huc ex Asia decedens Sylla cum venisset, quam diu ibi fuit, secum habuit Pöponium, captus adolescentis & humanitate, & doctrina. Sic enim Græce loquebatur, vt Athenis natus videretur: tanta auté erat suauitas sermonis Latini, vt appareret in eo natuum quendam leporem esse; non ascitum. Idem poemata pronunciat & Græce, & Latine, sic, vt nihil supra posset. Quibus rebus factum est, vt Scylla nusquam à se dimitteret, cuperetq; secum deducere. Qui cū persuadere tentaret: Noli, oro te, inquit

quit Pomponius, aduersum eos m^e
velle ducere, cum quibus, ne contra
te arma ferrem, Italiam reliqui. At
Sylla adolescentis officio collaudato,
omnia munera ei, quæ Athenis acce-
perat, proficisciens iussit deferri. Hic
complures annos moratus, cum &
rei familiari tantum operæ daret,
quantum non indiligens deberet pa-
terfamilias, & omnia reliqua tempo-
ra, aut literis; aut R.P. Atheniensium
tribueret: nihilo minus amicis vrba-
na officia præsttit. Nam & ad comi-
tia eorum v^etitauit, &, si qua res ma-
ior acta est, non defuit: sicut & Cice-
roni in omnibus eius periculis singu-
larē fidem præbuit: cui ex patria fu-
gienti H.SCC, & quinquaginta mil-
lia donauit.

Statui hoc Aphorismo complecti totam
illam Cornelii Nepotis historiam de studi-
osa, sive Academica peregrinatione, & vita
scholastica Pomponii. Quomodo igitur in
peregrinatione Academica, & vita scholasti-
ca sele gessit Pomponius? ita vixit, ait Ne-
pos, Athenis, ut uniuersis merito esset charissi-
mus, id est, omnibus laudatissimi adolescen-

*studium rei
familiariis.*

*Scutatorum
septem mil-
lia & quin-
gentos. Ita
Manius
Paulus.*

52 T. P O M P O N I V S

tis officiis apud exteros defunctus est omnis generis virtutes Atheniensibus probauit. Quibus rebus ille omnium ora in se se conuerit, omnes in sui admirationem pertraxit: omnium benevolentiam, omnium studia demeritus est. Elogium hoc tale tantumq; est, ut de adolescente nullum maius, neque splendidius praedicari posset. Quibus artib; virtutibus, & studiis benevolentia, fauor,

lib. 2. off.

studiu, &c. paretur, praclare docet Cicero, quem, ut facitis, studiole, diligenterq; legite. Facere no possum, quin hoc in loco precepta quædam apodemica, & admonitiones scite, vtiliterque peregrinandiviri cuiusdam doctissimi in medium adferam. Nulli enim hominum generi ratio, & velut ars quædam peregrinandi magis ex vsu esse potest; quam optimarum artium studiosis, quæ & à maximis, & doctissimis viris, ut est apud Hieronymum in prologo Galeato, semper studio sapientie suscepta est. Vide, quæ de doctorum peregrinationib; in proemio meo Peripatetico: vel vita Aristotelis à me in mediū allata fuere aphorismo 4. & hoc in loco nobilissimum est exemplum T.P.Attici.

Vide Apode-
mica Theo-
dori Zuvini-
geri.

DE

ATTRICVS.
DE PEREGRINATIO-
NIBVS STVDIOSORVM
præcepta & admonitiones
doctissima.

I. De Comitibus.

Cum improbo viro iter ne facias. Ex senten- Comites.
tia Mimi: Si quis constituit uter facere, vide-
at quoniam tibi adiungat. Facundus comes pro ve-
hiculo est. Cauendum ab improbris, ebrio-
sis, impuris, & profanis hominibus. Simus
coniunctissimi bonis, & amantibus virtu-
tis, & eruditio[n]is.

II. Peregrinatio docet frugalitatem. Qui Frugalitas
sumptibus suorum parentum alibi vivunt, ^{in peregrinat-}
frugalitatem discere debent, & abstinere ab ^{do.}
omni prodigalitate. Grauiiter peccant, qui
abutuntur parentum suorum liberalitate.
Magnum vestigia parsimonia. Etsi enim de-
bet personam tueri, tamen absit hyperbole.
Præclare de T. nostro Pompon. Nepos, qui,
ne peregrinatio illa detrimentum aliquod
afferret rei familiaris, studio se curauit.

III. De regionibus & urbibus vide que ad. Delectus ro-
eas loca. Sententia est: cum gentes aliæ aliis ^{gionum.}
fines cultiores, & elegantiores, si species or-
dinem, leges, mores, ritus publicos, & priua-
tos, & totius vita habitum. Danda cuique
nostrum opera, ad eas proficiscamur, quæ

C

34 T. POMPONIUS
his excellant. Sed non est cuiusuis adire Co-
rinthum.

N*on* pos*s*it
x*o*re*x*.

IV. Peregrinus accommodet se ciuitati. Hoc
dictum nō intelligatur simpliciter; sed secū-
dū quid, id est, alienos mores nō pugnantes
cum Deo, religione Christiana ferendos.
Cauendum; ne vitiosos cum vitiosis cōfun-
damus. Meminerimus varietatem illam il-
lustre testimonium esse Sapientiæ diuinæ.

Fidei dome-
sticæ.

V. Quoad eius fieri potest: versandum, est
cum fidei domesticis.

Eleuxini, qui
omnia car-
punt, & re-
prehendunt.

VI. De censura. Ne usquam gentium Mo-
mum agas. Poëciæ singunt Momum Deum,
qui omnia reprehendar, & nihil prober: id
circo odiosum se omnibus reddit. Multis i-
ta domestica placent, ut exotica omnia odio
habeant, atq; contemnant.

Candor.

VII. De candore. Apiculam potius, quam
araneum agas. Obserua ea p otius, quæ lau-
des; quam quæ carpas, & reprehendas. Non
multo post videbimus iisdem floribus insi-
dere apiculas, & araneas. Apiculae fugunt
mel; araneæ fugunt venenum. Monemur:
ea potius sœctanda, quæ laudi, &c.

Medio tuti-
simus ibis.

VIII. Turfissimum ost iter, quod suspectissi-
mum, teste Seneca. Quemadmodum ii, qui-
bus secunda nauigatio, ut maxime plenis ve-
lis se nau gare animaduertant, inter spem, &
metum versantur: ita quoq; qui apud exte-
ros versantur, meminisse debent dicti Me-

nan-

A T T I C U S .

nandri : *Multa hominibus preter expectati-
onem accidere.* Interdum eueniunt aduersa,
interdum ex inauspicio prospera eueniunt.

Φιλοξενία.

X. In his tamen cum Menandro statuen-
dum: *Peregrinos Deo cura esse;* Ergo comites
tractandi erant, & humaniter excipiendi.
Homerus conqueritur de Læstrygonibus,
quod inhospitales erant. Nulla res nos ma-
gis exhilarare debet, quam ea, quæ certum
argumentum est gratiæ, & auxilii diuini. Cö-
stat enim, nos cum Deo vivere, & mori.

X. De Ostentatione. *Inter exterros ne Crœ-
sum repreſentes.* Sententia est: ut maximæ fa-
cultur copia tibi sint concessæ; non tamē
opes tuas temere ostentes. *Secum quisque
habet.* *Oſtentatio
cauenda.*

XI. De taciturnitate. *Harpocratem facias.* *Taciturni-
tas inter curiosos, & ignotos.* Harpocrates
Deus est silentii. Hunc pingere solebant sic,
ut duos digitos admoueret labiis. Opus est
omnino taciturnitate. Nam ubiq; sunt Co-
rycæ, qui aliorum dicta obseruant.

XII. De regionibus. In his situm (alia e-
nim regiones sunt planæ: alia montosæ) res locorum.
Topographia
bello, pace quæ gestas, magistratus, fertilita-
tem, aut sterilitatem, sylvas, flumina, venas
metallicas, & si quæ sunt alia; spectabis.

XIII. De urbibus. In his conditores, for-
mam Politiaæ, ædificia sacra, & prophana, ar-
tes, negotiationem, & alia considerabis. VI-

T. P O M P O N I V S
bem Ratisbonam condidit Tib. Cæs. Augustam Rheticorum conditor Augustus. In ea est pulcherrima series ædium, platearum, angiportuum. In ædificiis obseruanda est nobis: 1, ornatus; 2, amplitudo: 3, materiae præstantia, & operis perennitas.

*Forma Poli-
tarum.*

XIV. De formis Politiarum. Cum Deus velit vigere alibi quidem Monarchiam; alibi Aristocratiam, alibi Timocratiā, alibi Democratiam, ne quam harum temere damnaueris. Abesse debet à nostra censura hyperbole, ne alias Politias ad cælum vsq; extollamus; alias contemnamus. Obseruandum, nobis non esse temere pronunciandū de Politia qualibet. Ex Politæ durant, quæ crasi quadam ordinis politici constant, vt R.P. Venetorum.

Ecclesia.

XV. De Ecclesia. Hanc communem patriam agnoscas, neque schismate deleteris. Habemus communem Ecclesiam.

Veri studiosi.

XVI. De studiosis. Eos demum vere studiosos statue, qui non inuita Minerua, Musis addunt Charites, & omnium virtutum chorūm. Studiosis non vacat meminisse voluptatum. Gulielmus Budæus, eo quod serius animum appulisset studiis, tanta fuit diligentia, vt toto septennio nemo eum viderit stantem in limine otiosum. Plinius; *Vita, sic in studiis pulcherrimum est & huma- nissimum seueritatem, comitatemq; miscere: ne illis*

illa in tristitiam, hac in petulantiam procedat.
Quemadmodum in docendo utile dulci miscere conuenit: ita in vita, hoc est, danda opera, ut grauitas suauitate comitateque; misceratur: 1, vi simus amabiles: 2, venerandi. Sic vita instituenda, ut auctoritas conseruetur, ne tamen nulli sis exosus. Quo quisque prestantior; tanto magis se comem, & suauem praebat.

XVII. De inscitiae signis, & p[er]nici[os]. Quæ ^{T[er]cii} inscitiae
admodum sorex, ita quoque indoctus suo se
prodit indicio. Quemadmodum difficile est
dissimulare stultitiam; ita difficile est dissimulare inscitiam. Quæ nescimus, non sunt
simulanda; sed ingenue dicenda. Sed unde
colligam inscitiam alicuius? Responso. I.
indicium: Dissidere à peritis, imperitiæ magna
num signum, ut Plato in Hippia docet: ut si
quis plenis buccis prædicet; le à magnis vi
ris dissidere. II. Audacia. Recta, inquit Plinius,
ingenia debilitas verecundia: peruersa,
confirmat audacia: hoc est, Qui rectis inge
niis prædicti sunt, fere debilitantur verecun
dia; quia intelligunt sibi multa deesse. III. c[on]tra dia[log]o
Impudentia. Quo quisque indoctior, eo impu
-tior: το οελον διαδεικνυεται. Me
denior. Verecundia magnum argumentum
magni progressus in studiis. μη μοι Κυρον. Me
moriale vita studiosorum. Vide, ne unquam
sis asymbolus. Danda cuique est opera, ut integritatis, diligentiae, doctrinæ specimen edat.

quæ sint absentia ornamento, & memoriam
cū benevolentia alant, vbi Pindarus de Am-
phiaro. Hoc in exercitiis, & disputationib,

Connictus.

XVIII. De contubernio. Sic cum aliis
vinendum, vt *Cuckooeis*, id est, coniunctus au-
toritatem augeat; non minuat. Quia plu-
rimi personam tueri non student. *Familia-
ritas parit contemptum*: auctoritas sibi pariē-
da diligentia, iustitia, temperantia, exemplo
aliarum virtutum.

Cic. 2. Off.

XIX. De alacritate. Ut ex studiis gaudiū,
sic studia ex hilaritate proueniunt. Cic. lib. I.
de Inuentione: *Danda opera, ut studia alant
gandum, & alacritatem.* Ea, quæ cum alacri-
tate, & hilaritate quadam suscipiuntur, flu-
unt, si cum iis conferas, quæ inuiti facimus.
Studium vnicum doloris leuamentum. Car-
danus fatetur, se studiis dolorem Podagræ
refellisse. Sed quædam occurunt difficilia?
Responsio: oportet assuefcere. Nam si quis
serius assuefiat studiis, postea delectabitur.
Aristoteles Rhetoricis.

XX. *Liberalia studia abeunt in liberales
mores.* Quemadmodum riuuli, si colores in-
iiciantur, eos imbibunt: ita mores ex studiis
candorem accipiunt. Græcorum dieterium
est: δεις μόνοι τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἔργοις φιλοσοφεῖν.
Augustinus de lectione: *Lectio tum demum
utilis est, cum facimus ea, qua legimus.* Augu-
stinus in Psal. 85. *Legentibus Deus loquitur.*
Item

*Philosophia
non est cogni-
tio: sed actio
cognitione
monstrata.*

Item: In omnibus libris discimus illud genus orationis, quo Deus nos alloquitur: sed in Psalmis discimus illud genus orationis, quo Deum alloquimur.

XXI. De spe parentum. Sicalas spem parentum; aut Mæcenatum, ut longe eam vincere studeas. Est prudentia non agere pollicitorem: hoc est, non maiora viribus polliceri. Sed longe vincenda est spes, & expectatio parentum. Excitare nos debet parentum, vel Mæcenatum de nobis expectatio. Insperati progressus magnam habent gratiam.

XXII. De fine. Finis peregrinationis Academicæ est, ut doctrinæ, & virtutum præsidii egregie instructus ornatissimus politissimusq; domum reuertaris.

XXIII. De prudentia. Diuinitatis comites Anteuortam, & Postuortam facti tibi prudentia concilies. Magnum dedecus si quis fusq; deq; faciat, siue proficiat in prudentia; siue non.

XXIV. Ad studia tua referid, quod Pythagoras de vita recte instituenda lapienter monuit:

Πᾶς ταρέει; πᾶς γέρει; πᾶς θεοίς ἵτελεσθαι;

Lapsus ubi? quid feci? aut officii quid omissione est?

Homines peccant, vel cum secus agunt, quam oportet in defectu; vel excessu ad extram; vel sinistram flectentes: vel cum ea

Promissore.

rum peregrinationum finies.

intermittunt, quæ facere oportet. Ad unguem facti dicuntur, qui sic officio funguntur, ut nihil negligant.

Orientatores. XXV. De reditu. In reditu absit ostentatio garrulitas, peregrinitatis ostentatio. Ne quis simulet admirandam quandam eruditionem; sed si sit necesse de se, & aliis pronunciare, de aliis liberaliter; de se modeste prouincient. Absit garrulitas, ne quis de saltu Rhodio glorietur. Nimium studium peregrinitatis vbiique abesse debet à vestitu, sermone, moribus.

Ennius. *Moribus antiquis res stat Romana virisq.*
Scopus studiorum nostrorum. XXVI. De scopo. Vide, ut gloriae Dei, publicique boni causa prompte seruias consilio Dei, etiam si primis gradibus functionib[us] tibi sit insistendum. Monemur, totam vitam nostram seruire debere gloriae Dei. Nam ipse fecit nos. Secundo publico bono Non nobis solum nati sumus, & publico bono seruendum. Ne dedigneris primos gradus functionium. Praestat paulatim per gradus ascendere. Qui in primis gradibus fidem & sedulitatem probat, diuinitus ad altiora vocantur. Haec de peregrinationibus Academicis.

Ad Atticum nostrum redeo; de quo Neponis duo liberalitatis officia in Athenienses commemorat, imo iustitiae; quod scilicet in opiam Atheniensium suis opibus sine usuris sub-

subleuârit. Quod exemplum Ethnici hominis tanto libertius in medium adfero propter eam doctrinam, quam etiam publice pro cōcione tractari scitis. Quo in loco stu- *Noemata.*
 dios insignia noemata excerptant: *Non esse* 1.
concedendam, ut longius debeatur; quam di-
letum est: neg. indulgendo inmetere ascere es alien-
num ferendum: neg. mult. plicandis usuris cre-
screre. 2.
 3.

Alterū exemplum liberalitatis est: quod Atticus singulis Atheniensibus septem modios donārit. De medimno Glareanum de- *Et P. Mann-*
tium in vita
Attici, &
Suidam in
modi pug.
Humanitas.
 Aſſe consulite, vt magnitudinem huius libe-
 ralitatis intelligatis. Exclamat denuo Ne-
 pos, & celebrat hanc moderationem morū
 nouo elogio: *hic, ait, ita se gerebat, ut commu-*
nis infūmis, par principib⁹ videretur. Famili-
aritas hæc, & humanitas omni decoro & gra-
uitate temperata fuit: aliena ab qmni fastu,
insolentia, arrogantia in tantis praesertim o-
pibus. Has virtutes, humanitatem, inquam,
quæ studiosos vel maximē decet; vnde & li-
teræ nostræ humaniores, & humanitatis stu-
dia dicuntur. Studiosi imitentur. Seneca e-
*leganter: *Dum inter homines sumus, humani-*

Seneca.
Senecon.

tatem colamus. Humanitatem ergo hanc, &
Senecon.

morum commoditatem, atque facilitatem
Senecon.

studiosi imitentur: neque tamen interea se-
Senecon.

se in dignis homine doctis familiaritatibus
Senecon.

dedant: sed vbiq; summam rationem deco-
Senecon.*

Eustath. in Homerum i-
sti habeant, atq; rō σέμιωμα & grauitatem summo studio conseruent, in quo vis officii sita
savocat. est maxima.

Addit deinde Cornelius: *Attico omnis generis honores ab Atheniensibus habitos, & ciuitatem ab Atheniensibus studiose, & vltro de latam. Est quidem ipsa sibi pretium virtus, vt ille ait, sed eam honor, gloria, bonorum omnium fauor, studium, benevolentia sequitur, tanquam vmbra corpus; quemadmodū & improborum obrectatio, inuidia, diræ. Sequitur deinde E'mpl'ns Cornelii de patria Attici, quod talē habuisse, fortunæ munus: prudentiæ vero fuerit; quod cum in ea se ciuitatem contulisset, &c. Quę omnia studiosis etiam atque etiani consideranda propono.*

Sequitur Syllæ & Attici familiaritas, tanquam effectus quidam humanitatis, vt Cornelius loquitur, & doctrinæ. Reste enim ille:

—Didicisse fideliter artes,

Emollit mores, nec sinit esse feros.

Hoc enim certo studiosi adolescentes sibi, & plane persuadeant, si sese virtutibus, & literis probe, & diligenter excoluerint, fore, ut omnium benevolentiam per facile deme reantur, quemadmodum Sylla Atticū propter humanitatem, & doctrinam egregie charum habuit, & admiratus est, cum & ipse esset

Sylla.

esset literatissimus; tyrannus tamen postea *Quinque-*
factus est nequissimus. Vide Plutarchum in nū Neronis.
Sylla.

Humanitatem deinceps probat Cornelius ex studiorum facultate: sic enim Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur. De Græcarum literarum utilitate, necessitate, & præstantia in vita Ciceronis differui: hoc loco tantum breve consilium studiosis literarum Græcarum communicabo per breues *Methodus addiscendi Græca.* Aphorismos.

I. Princípio itaque methodus aliqua Grammatica, qualis Clenardi cum *Commentarii Grammatica*, is P. Rapistagnensis: aut alius probe perdiscrenda, & præcepta in facili aliquo auctore: ut est Isocrates, Plutarchus in quibusdam; item guomologi, exercenda, & vsu, atq; analysi quotidiana confirmando sunt. Atq; hæc præcepta iunioribus, si mediocris Dialectorum cognitione accedat, omnino satis sunt.

II. Quod ad illos attinet, qui Magistri *Professores* se, & Græca in scholis docere volent; illis *Græcarum literarum* pluribus præceptis opus erit. Hi ergo superioribus illis initii degustatis Budæi Commentarios, & similia scripta cognoscere possunt.

III. Interea Græcae linguae doctores multa, eaq; multum in bonis auctoribus inter- *Eorundem officium.* pretentur, & multa per analysis Grammati-

44 T. POMPONIUS
cam resoluant: & à profè scriptoribus poti-
us, quam à Poëtis initium faciant.

*Annotorum
vol. 2. 2. 10.*

IV. Extant autem adhuc apud Græcos in
omni genere rerum & scientiarum luculen-
tissimi scriptores: è quibus optimi seligendi
& ad cuiuslibet genus vita, & institutum ac-
commmodati studiosissime accuratissimeque
legendi sunt, iuxta illud Horatianum:

— *Vos exemplaria Graeca*

*Nocturna versate manu; versate diurna.
Nec conuersionibus facile fides est adhi-
benda.*

*In Philoso-
phia.*

V. In Philosophia ergo vniuersa extant
monumenta, quo quis auro præstantiora du-
orum luminum Græciæ; Platonis dico & A-
ristotelis, & eorumdem interpretes Græci,
scriptores optimi. E quibus ego omnibus
studiosis Organum Aristotelis, & in eodem
Analytica eiusdem posteriora ita commen-
do, ut magis commendare non possim. Fu-
turiis vero Theologis Metaphysica, Physica:
Medicis & hæc, & Problemata, historiam a-
nimalium: Iure consultis Ethica, & cum pri-
mis Politica: Platonis lib. De legib. & R. P.
&c. præcipue per uolutanda sunt.

VI. In sacra Theologia, præter conuersi-
onem LXX interpretum, & Testamētū
nouum ab ipsis auctōribus Græce scriptum,
superfunt optimi, sanctissimi, atq; eloquenti-
ssimi PP. Iustini Martyris, & Philosophi:
Diui

Divii Basili, Gregorii Nazianzeni, Nysseni,
Chrysostomi, luminum Ecclesiae Græcae, a-
liorumq; quam plurimorum monumenta:
nam ego præcipuos tantum nomine.

VII. In iure ciuili non ignobilia scripta
superfunt: ut Nouellæ Græce conscriptæ: itē
de iure orientali: ~~ταῖς τοιμηναῖς αὐτοῖς~~: Basí-
lica, &c.

VIII. In Medicina omnia Græca sunt &
artis vocabula, & auctorum magna ex parte
monumenta. Hippocrates, & Galenus v-
tramque paginam faciunt. Sunt & alii: Aë-
tius, Oribasius, Egineta, &c. Nec est, quod
quis arbitretur, se se cum fructu & laude vi-
quam in Medicina versaturum esse sine me-
diocri literarum Græcarum cognitione.

IX. In Eloquentia studio principatum
tenent Demosthenes, Isocrates, Aeschynes,
Dion, Chrysostomus, &c.

X. In Poësi principes sunt; & velut Dii re-
liquorum Poëtatum: Homerus, Pindarus,
Euripides, Sappho, Aeschyl^o, Aristophanes,
Theocritus, Theognis, & similes.

XI. In Historia, Herodotus, Thucydides,
Xenophon, Diodor. Siculus, Dionys. Hali-
carnass. Polybius. In historia sacra: historia
Tripartita; Nicephorus Callistus, & alii.

XII. In Philologia, & varietate omnis ge-
neris artium, & scientiarum, & historiarum,
superest ingens ille, & nunquam satis lauda-

Plutarchus. *tus thesaurus omnis antiquitatis Plutarchus.*

Cuius' opera, qui sibi comparare, & legere volet (omnes autem, vt faciant, horror) habebūt, quo se se per omnem suam vitam honeste, docte & liberaliter oblectent in omni genere rerum, & scientiarum, atque artium.

Athenaeus.

Philo.

Eiusdem generis est *Athenaeus*; aliquique longe plurimi. Quibus Philo Iudeus optimus, sapientissimus, atque disertissimus scriptor, non immerito adiungi potest. Atque haec de Græcarum literarū studio obiter, & paucis. In quarum pronunciatione / re difficulti homini Romano, quaque de causa Pomponium Melā Græce discere noluisse memorie proditum fuit. Jyri & poëmatum Græcorum & Latinorum resert *Nepos*, Atticum nostrū ita excelluisse, vt nihil supra posset. Nullum liberale ingenium, & recte educatum atq; institutum vñquam fuit, quod studia Poëtices, & illam Musarum, atque Camænatum amcenitatem iuuenilibus annis apernatum fuerit. Qua de re multa differui in vita Aristotelis, & Ciceronis, & studia Poëseos iuuentuti impenie, & suis momentis commendau, quæ hie inculcare superuacaneum. Vnum hoc addo: *Inl. Cæs. Scaligeri* libros studiosæ iuuentuti quam commendatissimos esse velim. Addit *Nepos*: *Syllam Atticum nostrum in summo pretio habuisse; omni benevolentia large, & liberaliter prosequitum fuisse, &*

*Cic. pro Ar-
chia.*

*Plato in Ly-
side.*

se, & admiratū. Verissime Cic. 2. Off. (hoc n.
 interprete vita T. Pomp. Attici, vnici sui
 Achatis libentissime vtrumur.) Admirantur,
 ait, igitur communiter illi quidem omnia, que
 praefer opinionem suam animaduertierunt; sepa-
 ratur autem in singulis, si perspiciant nec opina-
 ta quedam bona. Itaq; eos viros suspicunt, ma-
 ximi q; efferunt laudibus, in quibus existimāt,
 se excellentes quasdam, & singulares virtutes
 perspicere. Despicunt autem eos, & contemnunt,
 in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil ner-
 uorum proutant. Item paulo post: *Vi igitur in*
reliquis rebus multo maiora sunt opera animi,
quam corporis; sic haeres, quas persequimur in-
genio, ac ratione, gratiore sunt, quam illa, quas
viribus. Prima igitur commendatio profi-
 cisicitur à modestia, tum pietate in parentes,
 tum in suos benevolentia. Facilime autem
 & in optimā partē cognoscuntur adolescentes,
 qui se ad claros, & sapientes viros bene
 consulentes R. P. contulerint, &c. Quid au-
 tem sapientius & argutius eo respōlo, quod
 Atticus adolescentis Principi tum viro in R. P. Syllæ dedit, qui ipsum ad bellum ciuile in-
 uitabat: *Noli orare, inquit, aduersum eos me ad Syllam*
velleducere, cum quibus, ne conratae armaveris. Prudentissi-
mum respon-
sum Attici
adolescentis
 rem, Italianam reliqui. Modestia fuit orare; Epicrisis
 constantiae, à suis partibus nolle deficere; mca.
 obseruantiae, Syllæ auctoritatem, & poten-
 tiamagnoscere.

Complectitur deinceps Nepos breuiter

Oeconomica admodum reliquam Academicam vitam
diligentia & Pomponii, dum diligentiam eiusdem, atq;
prudentia. prudentiam laudat & commendat *Oecono-*
Quatuor the- micam. Studi: si ex hoc loco quatuor insi-
gnia theorematia decerpant: I. Iustum tem-
pus studio literarum tribendum: II. Rem

familiarem interea minime esse negligen-
dam. Peregrinatio enim debet nos frugali-
tatem docere: & qui sumptibus suorum pa-
rentum alibi viuunt, debet frugalitatem di-
scere; & ab omni prodigalitate abstinere.
Grauiter enim peccant, qui suorum paten-
tum liberalitate abutuntur. Magnum vici-
gal parsimonia. Etsi enim decet personam

tueri, tamen absit hyperbole. III. Omne
tempus in Academiis aut literis, aut R.P. sue

patriæ tribendum; nec minus interea ami-
cis sua officia præstanda. Quæ omnia Cor-
nel. de Pomponio nostro hoc in loco præ-
dicat, & suis quibusdam exemplis cōfirmat.
Memorabile autem cum primis est exem-
plum amicitiae, fidei Ciceroni in omnibus
suis periculis cum summa liberalitate præ-
stata. Vide Cic. De amicitia, Senechute, & E-

*Epistole ad
Atticum.*

*Amicitia ex
condiscipu-
latu.*

pist. ad Attic. tanquam cōmentarios luculé-
tissimos, & perpetuos huius historiae Corn.
Nepotis. De amicitiis cōdiscipulatu cōcilia-
tis ita supra Pomponius: quo in numero fu-
erunt

erunt L. Torquatus, C. Marii F. M. Cicero, quos consuetudine sua ita deuinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit charior. Item: neque eo lecitus adolescentem Marium hostē iudicatum iuuit opibus suis, cuius fugam pecunia subleuauit.

APHORISMVS VII.

*Et redditus Ciceronis in urbem; eius regom-
modatio in ferendis Cæcilii
animoribus, studium con-
cordiae, &c.*

Tranquillatis autem rebus Romanis remigravit Romanum, ut opinor L. Cotta, & L. Torquato Coss. quem diem sic vniuersa ciuitas Atheniensium prosecuta est, ut lachrymis desiderii futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Qu. Cæcilium, E. quitem Romanum, familiarē L. Luculli, diuitem, difficilima natura: cuius sic asperitatem veritus est, ut quē nemo ferre posset, huius sine offensione, ad summam senectutem retinuerit benevolentiam. Quo facto, tulit pietatis fructum: Cæcilius enim mo-

*Redditus At-
tici in urbe.*

*Desiderium
Atheniensium.*

*Nobile ex-
emplum
pietatis.*

*Fructus pie-
tatis.*

D

30 T. P O M P O N I V S

riens testamento eum adoptauit, hec
redemq; fecit ex dodrante. Ex qua
hæreditate accepit circiter centies
H.S. Erat nupta soror Attici Quinto
Tullio Ciceroni, easq; nuptias M.Ci-
cero conciliarat, cum quo à condi-
scipulatu viuebat coniunctissime,
multo etiam familiarius, quam cum
Quinto; vt iudicari possit, plus in a-

*Amicitia T. micitia valere morum similitudine,
Pomp. Attis- quam affinitatem. Vt ebatur autem
ci & Cicero- intime Q. Hortensio, qui his tempo-
niis.*

Iussum.

plus diligenter: Cicero, an Hortensi-
us: & id, quod erat difficilimum, effi-
ciebat, *ut inter quos tanta laudis esset a-
mulatio, nulla intercederet obrectatio, es-
seret talium virorum copula.*

In hoc aphorismo redditus in urbem, & fi-
nis Academicæ peregrinationis cum deside-
rio Atheniensium, & singularibus exemplis
virtutum continetur. Quam autem lauda-
biliter, & præclare Atticus apud Athenien-
ses vixerit; id desiderio eiusdem, & mærore
ex discessu declaratum est. Vtinam adole-
scentes studiosi hac nostra ætate ex Acade-

miis

*Vide Aldi
Manutii no-
tas in hunc
locum, Scu-
tatorū tre-
centa millia*

miis in patriam redeentes tatum sui desiderium relinquenter! Sed maiora pietatis, humanitatis, *πρωτοειας* in toleranda difficultas natura Q. Cæcilius autem consideremus: quæ virtutes tantæ in Pomponio nostro fuerunt, ut eius benevolentiam, cum fructu tandem uberrimo retinuerit. Has igitur virtutes studiosi accurate, diligenterque imitabuntur. Disputat Cicero noster in Lælio: esse diffi-

*Singulares
virtutes.*

Cic. in Lælio.

culimum amicitias usque ad extreum constare; atqui nos videmus, Atticum nostrum amicitias à discipulatu cum Cicerone, Hortensio, & aliis, constantissime coluisse, & conseruasse: & quod argumentum maximatum virtutum est, summotum virorum; ut Ciceronis, & Hortensi amicitiis usq; ad contentione diligendi floruisse.

De Hortensi eloquentia Ciceronem vide in lib. de claris Oratorib. Memorabile vero, & omnium doctorum, atq; literatorum consideratione & imitatione dignissimum exemplum amicitiae, coniunctionis, & concordie in Cicerone, & Hortensio, principibus eloquentiae illius temporibus: in emulatione summae laudis: sed non minor in Attico studii concordiae, & aquabilitatis atimum. Nimis enim verum illud est: *Qui ut lib. i. Offit.* lit ingenio cedere, nullus erit: & quod Cicerô ipse ait: *Vnisquisque suo studio contentus, contemptit alterum.* Nam quicquid eiusmodi

52. T. POMPONIUS
est, in quo non possint plures excellere, in
eo sit plerunque tantum inter doctos conten-
tio, τε φιλοτεχνία, de principatu, ut difficili-
limum sit, sanctam seruare ἀφιλοπομίαν. Item:
Est autem in hoc genere moleustum, quod in ma-
ximis animis, splendidissimisq; ingenitis plerūq;
honoris, laudis, & gloria cupiditates. Quo ma-
gis caendum est, ne quid in eo genere peccetur.



SECUNDA PARS DE VITA T. POMPONII Attici ciuili.

Cornelius
Nepos infra:

Neque vero
minus ille
vir, bonus
paterfami-
lias habitus
est, quam
ciuis.

SEQUITUR vita T. Pomponii Attici ciuilis,
quam Cornelius Nepos in publicam si-
ue ciuilem, & Oeconomicam siue inte-
riorem, domesticam & priuatam infra tri-
buit. Eius itaq; vestigia nos annotandis sum-
mi viti virtutib. perlequemur. Ante omnia
tamē μετέορτη, qualdam δόξα, & axiomata que-
dam Ethica, atq; Politica, ad quae Pompon.
tota sua vita philologatus est, & omnes su-
as actiones tanquam ad normam & perpen-
diculum direxit, proponemus.

1. Natura & doctrina omnium officiorum,
causæ. Negat id, ait Nepos, natura so-
lum,

A T T I C V S.

53

lum, sed & doctrinā. Item: Naturā par-
remus omnes.

- 2, Se ipsum prius fingere, quam fortunam.
- 3, Surcuinisq; mores fortunam fingunt.
- 4, Canere, ne quis in villare plectatur.
- 5, Etiam suspiciones criminum vitare.
- 6, Viri docti est, sui iudicij potius, quid se
facere par sit intueri, quam quid alii lan-
datur forent.
- 7, Principum Philosophorum precepta ita
habere percepta, ut his ad vitam agenda,
non ad OSTENTATIONEM vitamur.
- 8, Amicis officia sine factione prestanda.
- 9, Laudabili vita in studio noua pericula
effugere.
- 10, Vt sum pecunia non magnitudine, sed ra-
tione metiri debemus.
11. Par i fastigio stare in utraq; fortuna.

His itaque theorematis ob oculos posi-
tis, primum in T. Pomponio bonum, & elite-
ratum ciuem: deinde bonum patrem fami-
lias accurate contemplemur, & considere-
mus, id est, vitam ipsius publicam, & priua-
tam subducamus.

A P H O R I S M V S I.

In R. P. ita versatus est, vt semper
optimarum partium & esset, & existi-
maretur: neq; tamen se ciuibibus flu-

D 3

54 T. POMPONIUS
etibus committeret, quod non magis
eos in sua potestate existimabat esse,
quam qui maritimis iactarentur.

Hæc ~~admonitio~~, seu definita sententia pru-
dentiam vel potius diuinationem T. P. Atti-
ci (siquidem diuinatio appellanda est, perpe-
tua naturalis bonitas, quæ nullis casibus au-
getur, aut minuitur) continet. Ea suis exem-
plis paulo post à Nepote illustrabitur belli
ciuilis inter Pompeium, & Cæsarem; quo
tempore ille vacatione ætatis, ~~πορφυράκη~~
vñsus est. Hanc ergo prudentiam vir doctus
& literatus studioſſime imitabitur: dabitq;
operam, vt in R. P. semper optimarum par-
tium & sit, & existimetur. Sic enim fiet, vt
nulla in re pleatatur, & suspicioneſ etiā cri-
minum vitet, iuxta axiomata 4. & 5. Est enim
viris doctis cum primis tenendum illud Ci-
ceronis: *In tranquillo tempestatem aduersam
optare, dementis est: subuenire autem tem-
peſtati quavis ratione, sapientis: eoque magis si plus
adipiscere explicata boni, quam addubitate
mali.* Quo in genere sapientia Atticus no-
ster haud dubie princeps fuit. In his fluctibus
ciuilibus etiam haberi debet honorum contentio,
de qua idem Cicero præclare: *Miserri-
ma est omnino ambitio, honorumq; contentio;
de qua præclare apud est Platonem: Simili-
ter facere eos, qui inter ſe contendenter, uter po-*

? . Offic.

time

A T T I C Y S.

*tius R. P. administraret, ut si nauta certarentur,
quis eorum potissimum gubernaret.*

55

APHORISMVS II.

Honores non petiit, cum ei patērent propter vel gratiam, vel dignitatem; quod neq; peti more maiorum, neque capi possent, conseruatis legibus, in tam effusis largitionibus, neq; R. P. sine periculo corruptis ciuitatis moribus.

Αριστοτέλης, & animus alienus ab omni ambitione, & contentione honorum; virtus est dignissima non solum T. Pomp. Attico, sed & quolibet homine docto, & literato, hic nobis proponitur. Sed iudicium T. Pomp. in hac virtute excolenda, tribus rationibus afferitur; quod neque peti more maiorum, cuius ipse semper obseruantissimus fuit, ut infra dicetur; neque capi posset conseruatis legibus; vtrumq; hociustitiae atque integritatis T. Pomponii fuit. Praetare Cicero, Cic. vide lib.
1. Offic. De
iustitia, &
deinceps. hunc enim libenter cum Pomponio Attico individuo suo Achate, coniunginus; Cauenda est autem omnis gloria cupiditas: Αριστοτέλης colenda. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimitas viris omnis debet esse contentio. Et paulo post: Multi autem sunt, & fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expetentes,

D 4

A' ~~negotiis~~ ~~negotiis~~ a negotiis publicis se remouerunt, ad otiumq;
A' ~~negotiis~~ profugerunt. In his & nobilissimi Philosophi,
oīm studiū longe q;₃ principes, & quādam homine severi, &
Cic. Off. i. graues, nec populi, nec Principum mores ferre
potuerunt: vixeruntq; nonnulli in agris, dele-
ctati refamiliari. His idem propositum fuit,
quod & Regibus, ut ne quare egerent, ne cui pa-
rērent, libertate uterentur: cuius proprium est
sic vivere, ut velis, &c. Concludit tandem
Cicero: Quamobrem & is forsitan conceden-
dum sit. Rempub non capessentibus, qui excel-
lenti ingenio, doctrinag, se dederunt. Tales
fuere Socrates, Diogenes, Demonax, atque
his omnibus præferendus, mea quidem sen-
tentia, Epictetus. Et nos quid Demostheni,
quid Ciceroni acciderit, videmus:

Iunonalis
Sat. 10.

Eloquo sed ut ergo perit orator: utrung,
Largus & exsandans letho dedit ingenios fons,
Ingenio manus est, & cernix caſa; nec unquam
Sanguine canſidici maduerunt rostra pu-
ſilli.

Pleatuntur enim in rerum publicarum mu-
tationibus oratores, & duces potissimum, &
ii, quorum summa fuit auctoritas: quod eo-
rum consiliis, qua cunque aduersa molesta
fuerunt, expensa ferantur. Exempla huius
virtutis paulo post sequuntur de prefecturis
delatis quidē, & ita acceptis, ut tamen nem-
inem in prouincia sit lecutus: ne ipsum qui-
dem Q. Cicerone. Fructum deniq; huius
aureas

aureæ virtutis, & studii tranquillitatis N eos
elegantissime complectitur: Quia in re, in-
quit, non solum dignitati seruiebat, sed & tra-
quillitati: cum suspicione etiam criminum vi-
taret. Quo siebat, ut eius obseruantia omnibus
esse clarius, cum eam non timori, neq; spei tri-
bui viderent. Sic paulo post Nepos: Pom-
peium non offendit. Nullum enim ab eo habe-
bat ornamentum, ut ceteri qui per eum aut ho-
nores, aut dimitias ceperant: quorum partim
inuitissimi castra securi sunt: partim summacū
eius offensione domi remanserunt. Attici au- Αφιλονησίαι
tem quies tantopere Cesari fuit grata, ut victor,
cum prizatis pecunias per epistolas imperaret,
huius non solum non molestus fuerit, sed etiam
sororis filium Q. Ciceronem ex Pompeii castris
concesserit. Sic vero instituto vita effugit noua
vita pericula. Hæc de ἀφιλονησίᾳ, & studio tra-
quillitatis, τῆς εὐθυπίας τῆς ἡετῆς Pomponii.
Vide prouerb. Λάδε βιώσας. Hanc igitur au-
ream virtutem noster literatus ciuis vnice &
singulariter commendatam habeat, & complectatur.

Cicer.

APHORISMVS III.

Ad hastam publicam nunquam ac-
cessit. nullius rei neq; præs, neq; man-
ceps factus est: neminem suo nomine
neq; subscribens accusauit. in ius de-
suare nunquam iit. iudicium nullum

58 T. POMPONIVS
habuit. multorum Coss. Prætorum
præfecturas delatas, sic accepit, vt ne-
minem in prouinciam sic securus, ho-
nore fuerit contentus, rei familiaris
despicerit fructum, qui, ne cum Qu.
quidem Ciceron. voluerit in Asiam,
cum apud eum legati locum obtine-
re posset. Non enim decere se arbit-
rabatur, cum præturam gerere vo-
luisse, assecram esse Prætoris. Quia in
re non solum dignitati seruiebat, sed
etiam tranquillitati, cum suspicione
vitaret criminum. quo siebat, vt eius
obseruantia omnibus esset charior,
cum eam officio, nō timori, neq; spei
tribui viderent.

In hoc Aphorismo seu ~~adversarii~~ reliqua à-
~~negotiis~~, imo continentie, iuris, q[uo]d u[er]itas, equitatis,
bonitatis, animi ab omni cupiditatum & hono-
rum contentione alieni argumenta Cor-
nelius noster prosequitur. Quæ omnia vi-
rum doctum & literatum maxim opere de-
cent, scilicet vt sibi ab omnibus forensibus
molestii quam maxime caueat, abstineatq;
vt sunt auctiones, vadimonia, accusationes,
controversiae de sua re, comitatus magistra-
tuum in prouincias. E quibus ultimum hoc
exem-

A T T I C V S.

exemplo Q. Ciceronis illustrat: & suis Epis-
critis eximie commendat: Quia in re non
solum dignitati, &c. & tum suspiciones etiā
vitaret criminum.

A P H O R I S M Y S IV.

Incidit Cæsarianum ciuale bellum,
cum haberet annos circiter sexaginta.
Vsus est vacatione ætatis, neque
quōquam se mouit ex urbe. quæ amicis
suis opus fuerant ad Pompeium
proficiscentibus, omnia ex re sua fa-
miliari dedit. Ipsum Pompeium non
offendit. Nullum enim ab eo habe-
bat ornamentum, ut cæteri, qui per
eum aut honores, aut diuitias cepe-
rant; quorū partim in uitissimi castra
sunt secuti: partim summa cum eius
offensione domi remanserunt. Atti-
ci autem quies tantopere Cæsari fuit
grata, vt vicit, cum priuatis pecunias
per epistolas imperaret, huic non so-
lum molestus nō fuerit, sed etiam so-
roris filium, & Q. Ciceronem ex Pó-
peii castris concederit. Sic veteri in-
stituto vita effugit noua pericula.

In hac œuvræ turbæ, & difficultates ma-

60 T. POMPONIUS

ximæ R. P. Romanæ proponuntur: nempe bellum ciuile inter Pompeium & Cæsareum idque ætate T. Pomponii ingrauescente, né-pe circa 60. annum. Itaq; in maximo periculo, maxima opus fuit prudentia. Quid ergo Pompon. *V*sus est vacatione ætatis, ait Ne-
pos, neg. sese ex urbe monit. Hæc nimis rūm
est prudentia viri docti, præsertim senis, hone-
sto aliquo p̄textu partes periculosaſ euita-
re, (sic infra in simili periculo tali v̄sus est) & *ωραίωσιν* in tempore malo, vt sa-
cerd̄ litera loquuntur, amplecti: & interea
curare, ne principes partium vspiam offendan-
tur. Sic Atticus noster amicis suis omni
liberalitate adfuit: Principes partium non
offendit: imo hac sua *εὐεξίᾳ*, & quiete Cæ-
sarem sibi mirifice deuinxit. Hoc ergo offi-
cium viri docti n̄ *παντού* in talibus tur-
bis fuerit. Nec tamen Pomp. contra legem
Solonis nullius partis fuit, sed vacatione æ-
tatis, *συνθρηματῳ* v̄sus est. Sic, exclamat Ne-
pos, *veteri insituto* vita effugit *noua pericula.*

APHORISMVS V.

Secutum est illud occiso Cæsare,
cum respub. penes Brutum esse vide-
retur, & Cassium, ac tota ciuitas se ad
cum cōuertisse videretur: sic M. Bru-

to

to vsus est, vt nullo ille adolescens æ-
quali familiarius, quam hoc sene: ne-
que solum eum principem consilii
haberet, sed & in conuictu. Excogiti-
tatum est à quibusdam, vt priuatum
ærarium Cæsaris interfectoribus ab
Equitibus Romanis constitueretur:
id facile effici posse arbitrati sunt, si &
principes illius ordinis pecunias cō-
tulissent. Itaq; appellatus est à C. Fla-
uio Bruti familiarzi Atticus, vt eius rei
princeps esse vellet. At ille, qui offi-
cia amicis sine factione præstāda exi-
stimat, semperq; à talibus consiliis
sele remouisset, respōdit: si quid Bru-
tus de suis facultatibus vti volaisset,
vsurum quantum eæ paterentur: se
neque cum quoquam collocuturum
neq; coiturum. Sic ille consensionis *Epiphonema*
globus huius vnius dissensione disie-
ctus est.

*Propria pul-
cerrima.*

Sequuntur *œuvra* vitæ Attici nostri de
tempestatibus & maximis procellis Reipu-
blice Romana, & mira varietate fortunæ
illis temporibus, cum modo hi, modo illi in
summo essent aut fastigio, aut periculo, vt

paulo post Nepos ait. Quo in loco summae virtutes politicae in T. Pom. Attico nostro eluent. Sed ordine de Brutis principatu agemus. Atticus ergo noster in his maximis procellis R. P. & romanæ tanta prudentia, & naturali bonitate versatus est, ut nullas partes offendiceret: ipsos principes factionum haberet amicissimos, quemadmodum nominatim hoc in loco Cornelius de familiaritate Attici cum Bruto profitetur: & postea exclamat idem: *Quod si gubernator precipua laude seruit, qui nauem ex hyeme, mariq[ue] scōpulo seruat: Cur non singularis eius exstinetur prudētia; qui ex ior, tamq[ue] granibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit?* Est autem prudētia ciuilis, vt ih prouerbio est, in latus nauis felicis inclinare. Secundus

*Prudentia
Attici.*

*Liberalitas
circumspecta*

*Epicrisis, cō-
fectoria the-
ticea.*

- 2.
- 3.
- 4.
- 5.

*Politicum E-
piceremus;
Apodoſis ad
literā unī
virūm:*

placitora

locus est de illius prudenti, circumspecta, & considerata liberalitate, de qua nobilia axiomata teneantur: & *κωνσταντία: Amicis officiis sine factione praestanda. Item; Semper se ē factiosis consilii remouere: non fortuna, sed hominibus amicum esse: nullam ab amicis sciunt. Etiam fortunam velle: liberalitatem neg, temporariam, neg, callidam esse debere.* Ultimus locus in hoc aphorismo: *Sapenumero improba consensionis, & coitionis globum unius viri boni diffusione disiici, vt hoc in loco Attici nostri exemplo cognoscimus. Literatus ergo noster, & πολιτευμένος in maximis procellis,*

&

& tempestatib. R.P. optimatum partes summa prudentia sequetur, iuxta axioma: In R. P. ait supra Nepos, ita versatus est, ut semper optimarum partium & esset, & haberetur: neq; tamē ciuilibus fluctibus sece committeret, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, quam qui in mari astantur. Hæ abolutæ laudes sunt viri docti, n̄ m̄tæ sepius.

Περιοπὴ sextā.

Neq; multo post superiori esse cœpit Antonius, ita vt Brutus, & Cassius prouinciatū, quæ iis necis caussa dæ- tæ erant à Consulibus, desperatis rebus, in exiliū proficiserentur. Atticus, qui pecuniā simul cū ceteris con- ferre noluerat, florenti illi parti abie- & to Bruto, Italiaq; cedenti H. S. C. M. muneri misit: eidem in Epiro absens CCC. iussit dari: neq; eo magis potē- ti adulatus est Antonio; neq; despe- ratos reliquit.

dicis caussa, legit P. Mu-
natus, q̄
recte, id est,
in speciem.

Scutatorum
tria milia.
Treceta mil-
lia nūmūm,
idest scuta-
torum nouē
millia.

In hoc Aphorismo noua conuersio & vi- cissitudo Reipubl. Romanæ, Antonii prin- cipatus, & exilium Bruti & Cassii. In quo co- sideranda est constantia Attici in amicitia Bruti, liberalitate summa, & quidem diffici- limis eiusdem temporibus bis, & quidem

64 T. P O M P O N I V S
large declarata, integritas Attici, qui non es
magis Antonio adulari voluit: neq; miseros
illos exules de stituit.

Commendatur ergo nostro viro docto-
rē mītās & vīlās liberalitas, benignitas, con-
stantia in amicitiis, & equabilitas animi in o-
mni fortuna. Quod vero Antonio ob po-
tentiam non magis adulatus est Atticus, phi-
losophice & praeclare fecit:

Oīc dī tēcīs nūcīnōv iīxītī
Kīnī sī dīlātākāv ēātū Sītōs mōlān,
ait Euripides Scenicus ille Philosopher.

Piēkīnī septima.

Bellum Mu-
tinense.

Atticus di-
vinus.

Diuinatio.

Secutum est bellum gestum apud
Mutinam: in quo, si tatum eum pru-
dētem dicam, minus quam debeam,
prēdicem, cum ille potius diuinus fu-
erit: si diuinatio appellāda est perpe-
tua naturalis bonitas, quæ nullis casi-
bus augetur, neque minuitur. Ho-
stis Antonius iudicatus, Italīa cesse-
rat: spes restituendi nulla erat. Non
solum inimici, qui tamen erant potē-
tissimi, & plurimi; sed etiam, qui ad-
versarii eius se dabant, & in eo lādē-
do aliquam consecuturos sperabant

com-

A T T I E V S .

commodatatem, Antonii familiares
sequebantur; vxorem Fuluiam omni-
bus bonis spoliare cupiebant, liberos
etiam extinguere parabant. Atticus *Constantia
in amicitiis.*
cum Ciceronis intima familiaritate
vteretur, amicissimus esset Bruto. nō
modo nihil iis indulxit ad Antonium *Beneficentia*
violandum; sed è contrario familia-
reis eius ex vrbe profugentes quan-
tum potuit, texit: quibus rebus indi-
guerunt, adiutit. P. vero Volumnio
eatribuit, vt plura à parente profici-
sci non potuerint: ipsi vero Fuluiæ,
cum litibus distineretur, magnisque
terroribus vexaretur, tanta diligentia
officium suum præstítit, vt nullum
illa præstiterit vadimonium sine At-
tico, sponsor rerum omnium fuerit.
Quin etiam cum illa fundum secun-
da fortuna emisset in diem, neq; post
calamitatem versuram facere potuif-
set, ille se interposuit, pecuniamq; si-
ne fecnoré, sineque villa stipulatione
credidit: maximum existimans quæ- *Maximus
questus.*
stum memorem, gratumq; cognosci:

E

No fortuna, simulque aperire, se non fortunæ, sed
sed hominib.
amicum esse.
Homines tē-
porarii, ut
Q. Curtius
Galli tempo-
riferi.

hominibus solere esse amicum. Quæ
cum faciebat, nemo eum temporis
causa facere poterat existimare; ne-
mini enim in opinionem veniebat,
Antonium rerum potiturum.

Tertia conuersio R. P. Roman. & Anto-
nius bello Mutinensi victus, & hostis iudi-
catus, Italiaq; expulsus. In quo statu Nepos
Attico nostro non prudentiam; sed diuina-
tionem tribuit; eamque definitione diuina-
tionis confirmat, quæ sit naturalis bonitas,
quæ nullis casib. augetur, aut minuitur. Hæc
est illa ~~eu~~^{eu}ma, & animi in quieti tranquillitas,
~~eu~~^{eu}, ad quam homini literato, & sapienti-
tota vita vnicè est aspirandum. Hæc est illa
~~eu~~^{eu}, & constantia viro bono, & docto di-
gnissima. Confirmat hæc omnia Nepos ex-
emplis meritorum, & beneficiorum in An-
tonium, & Antonii familiares.

Περικοπὴ Octaua.

Sed sensim is à nonnullis optimi-
tib. eius reprehendebatur; quod pa-
rum odisse malos ciues videretur. Il-
le autem sui iudicij potius, quid se fa-
cere par esset, intuebatur; quam quid
alii laudaturi forent.

Histo-

Historia omnium temporum abinde
testantur, nullum vñquam virum bonum,
nedum παρεπεμένον, & doctum fuisse, (qui-
bus leuiora iudicia semper subeunda, quā
cæteris) qui obtrectatoribus, sycophantis,
calumniatoribus, Paœcionibus, Eleuxinis,
Alastoribus, Lucumonib^o, Momis, Anytis,
& Melitis, id est, capitalibus accusatoribus &
criminatoribus caruerit, vt scriptum est à me
in vita Aristotelis. Accidit hoc Socrati, (cu-
ius κωνιδία instar oraculi nostro viro do-
cto esse debet: Socrates in Apologia inquit:
Καὶ τοῖς δὲ οὐ με αἴσπιται ἡ τοῦ πλάνη σταύρου τε
φόρος ἀ δὴ πλάνης, καὶ ἀντὶ αἰσχύνης αἰσχυληρης
οἷας δὲ Εὐέργειον, Κατιάνθοντες μητέρα μητρὸν. Ca-
lumnia multos viros bonos sustulit: nec mirum
si non in me insisterat. Sed teneat ille arcte au-
reum illud Socratis ex Critone responsum:
Α' μα δὲ οὐ τρινής καὶ Κείτων, εἰ πάντη τοῖς δὲ οὐ φίλοις,
πάντη γένοσθα. Εἴ μοι δὲ Κανυτης, Ο Μέλιτος καὶ ποτεται-
ριζ θωματα, βλάψας με: h.e. Sed & tertium il-
lud: O Crito, si Diis ita visum fuerit, ita fiat.
Me autem Anytus, & Melitus occidere sanc-
tissimam possunt: lacerare vero non possunt. Accidit Ari-
stidi, Aristoteli, Ciceroni, &cæt.

Quid mihi ab eo tempore, quo optimas
literas doceo, per omnē meam vitam acci-
derit, de eo erit aliquādo historia singularis:
Accidit Attico nostro, cuius recte facta, &
officia ab inuidis, & æmulis in malam partē

accipiebantur. Calumniæ ergo, conuitia, Theatrica probra, & scenica, tycophâtiæ, & improbissime, atq; malitiosissime confusa crimina, maledicta erūt viti nostri docti Marathon, in quo cum inuidiæ, & maleuolentia monstis & Lernis omnem Philosophiæ suæ, constanïæ, & patientiæ panopliæ exerceat, & velut inuictus Hercules omnia vi-
tiorum monstra tandem in triumpho por-
tet. Eam ad rem non parum profuerit uni-
ce spectare, quid Deo, quid conscientiæ suæ
proberit; non quid alii laudaturi, aut i repre-
hensuri essent, spectare. Sapienter Satyricus
ille: *Nec te quasieris extra: id est, noli exim-
peritorum & illaudatorum hominum iudi-
cio pendere.* Et noti sunt grauissimi versus
Cleanthis Philosophi:

Mή τρέπεσθε οὐτε εἰς τὰ παραστάσια τοῦ θεοῦ

Μή δέ φοβεσθε τοῖς θυμῷ, οὐ αναδίδεται σοφίας

Οὐδὲ μάλας ἐχειστε τοντούς, οὐδὲ δικαιαστατῶν

Οὐτοις καλῶν, οὐδὲ τοις δι πάντων δεξιοῖς τοπούντες.

*Appalsum ambiguum, sapientia si tibi cordi
est,*

*Neglige: ne rētime temeratas, quas iacit in te
Cenuras vulgus, quod nil decernit acute,
Nil pulchre, nil recte: hominum rarissima dos
bac.*

Πτεροπη̄ nona.

Conuersa fortuna est. vt Antonius
rediit

Conuersio
fortune.

redit in Italiam, nemo non magno in
periculo Atticum putarat, propter
intimam familiaritatem Ciceronis,
& Bruti. Itaque ad aduentum Impera-
torum de foro decesserat, timens
proscriptionem, latebatque apud P.
Voluninium, cui, ut ostendimus pau-
lo ante, opem tulerat / tanta varietas
his temporibus fuit fortunæ, ut mo-
dò hi, modò illi in summo essent aut
fastigio, aut periculo) habebatq; secū
Qu. Gellium Canium æqualem, si-
millimumq; sui. Hoc quoq; sit Atti-
ci bonitatis exemplū, quod cum eo,
quem in ludo cognorat, adeo coniū-
cte vixit, ut ad extremam ætatem il-
lorum amicitia creuerit.

Proponitur in has conuersione, & vicissi-
tudine R.P Romanae noua materies exerci-
tationum virtutum Attici nostri. Conside-
randæ sunt hæ vicissitudines fortunæ: An-
tonius antea exul; iam iterum princeps R.P.
Iulus fortunæ: Et illud Satyrici:

Si fortuna volet, fies è Rhetore Consul; Sat. 7.

Si volet hac eadem, fies è Consule Rhetor.

In talibus periculis conuersionibus R.P.
non negligēta sunt vaticinia, & oracula vui-

E 3

gi, & imperitæ multitudinis. Obseruandum
deinde, eum, qui amicitiis magnorum præ-
fertini virorum floreat, propter amicos, &
familiares initio amicitiis etiam & odiis multo-
rum obnoxium est. Reete ille, qui interro-
garus *Virum amicos habet: inimicos certe,*
respondit: quo responso & amicos se habere inuit. Nam plerumq; qui amicos, illi
& inimicos, quemadmodum Atticus noster
ob amicitiam Ciceronis & Bruti in magnum
periculum proscriptionis incidit. Sed in hoc
periculo Atticus noster quadam ~~in~~ v-
sus est, non indignaviro docto; scilicet ut no
timiditate quadam, sed circumspecta quadam
prudentia saluti suę contuleret, quam plu
tios secum conseruaret, alisq; postea pro
dedit. Nobilitat dehinc & celebrat Nepos
constantiam Attici in conseruandis & col-
dis amicitiis, etiam in extremis periculis.

περικοπή decima.

Antonius autem, et si tanto odio
ferebatur in Ciceronem, ut non solū
ei, sed etiam omnibus suis amicis es-
set inimicus, eosq; vellet proscribere
multis hortantibus, tamē Attici me-
mor fuit officii, & ei, cum requisisset,
vbinam esset, sua manu scripsit, ne ti-
meret;

*τέλος οὐκανόν
non reprehē-
denda.
Εὐλόγεια.*

merer, statimq; ad se veniret: se eum & Gellium Caninum de proscriptorum numero exemisse; ac, ne quod periculum incideret, quod noctu fiebat, presidium ei misit. Sic Atticus in summo tumore non solum sibi, sed etiam ei, quem charissimū habebat, præsidio fuit: neq; enim sūe solum, à quo quam petitis salutis. sed cōiunctim; ut ap̄pareret, nullam sciunc̄tam sibi ab eo velle fortunam. Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui nauem ex hyeme, marig, scopuloſo ſeruat: cur non singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot, tantisq; granibus procellis ciuilibus ad incoluntatem peruenit?

In hac ~~exutn~~ considerandum: virtutis ^{Virtutis plē-}
tantum esse splendorem, dignitatem, & pul-^{dor, & digni-}
^{tas.} chritudinem, vt etiam tyrannorum, & im-
manifffimorum hominum animos demul-
ceat, & in admirationem sui rapiat. Certe ea
hoc R.P.Rom. periculofissimo & difficilimo
tempore Attico, & amico suo Gellio Caninio
præsidio fuit, ne in proscriptorum numerū
referrentur: & Antonii oculos ita perstrin-
xit, vt efferata vindicta cupiditatem non
nihil mitigārit. Quod Nepos noster sua il-

la Epicrisi præclare indicauit, & omn' a hæc
Attici officia ad vnam prudentię laudem re-
cte, & vere retulit. Eajgitur *nō m̄ r̄o p̄o s̄u p̄i*,
nostrī viri docti dux & lux, & aquilina acies
oculorum fuerit in omnibus huius vitæ pe-
riculis,

Περιοπὴ vndecima.

Quibus ex malis, vt se emerserat,
nihil aliud egit, quā vt plurimis, qui-
bus rebus posset, esset auxilio. Cum
proscriptos præmiis Imperatorum
vulgus conquerireret, nemo in Epirum
venit, cui res vlla defuerit: nemini nō
ibi potestas manendi facta est. Quin
etiam post prælium Philippense, in-
teritumq; C. Cassii, & M. Bruti, L. Iu-
lium Mocillam prætorium, & filium
eius, Aulumq; Torquatum, cæteros-
que pari fortuna perculsus instituit
tueri, atq; ex Epiro iis omnia Samo-
thraciā supportari iussit. Difficile
enim est, omnia persequi, & non ne-
cessaria. Illud vnum intelligi volu-
mus: illius liberalitatem neque tem-
porariam, neq; callidam fuisse. Id ex
ipsis rebus atque temporibus iudica-
Beneficentia
*Liberalitas
temporaria,
callida.*
ri

ri potest, quod non florentibus se vendicauit, sed afflictis semper succurrit: qui quidem Seruilium Brutii matrem non minus post mortem eius, quam florente coluerit. Sic liberalitate viens nullas inimicitias gessit, quod neque laudebat quenquam, neque si quam iniuriam acceperat, non malebat obliuisci; quam vlcisci. Idem immortali memoria percepta retinebat beneficia; quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, ut vete dictum videatur: *Sui cuiq[ue] mores
Fortunam singunt. Neq[ue] ramen prius ille fortunam; quam se ipse finxit, qui cauit,
ne qua in replectetur.*

In hac ~~adversitate~~ finis prudentie T. Pomponii Attici proponitur, qui scilicet in tantis R. P. Romanæ fluctibus tantopere sibi prouiderit, ut quam plurimis salutis, & incolam prodesse posset; non, quia vila partium pericula tantopere extimesceret. Id quod nihil aliud fuit, quam prudentiam cum benevolentiae studio, non sine fortitudine coniunctio prouidentie & beneficentia iungere. Eius beneficentiae exempla com-plura Nepos commemorat in proscripto, *ee.*

quos ille omnes suis opibus liberaliter sustentauit. Atq; hic verissimus opum, atq; diuinarum usus atque fructus, miseris, egenis, atque calamitosis bene, ac benigne facere. Qua in virtute Atticus noster misericordie excelluit; & possunt atque debent omnes viri docti, qui re lauta fuerint. Atque in magno numero exemplorum liberalitatis distinguit Nepos duplarem liberalitatem, in *sinceram* illam, & *genuinam* ab Ethicis descriptam: temporariam alteram, atq; *callidam*. Haec est quæ florentibus temporibus selevenditat; & quæ maiora spectat, & caprat munera: illa, quæ afflictis succurrit. Cuius exempla, beneficia Attici in Seruiliam matrem profecta. Additur etiam fructus liberalitatis; omnium mortalium amor, charitas, benevolentia. Merito etiam celebratur placabilitas Attici, & gratitudo, virtus aurea, ex qua memores, boni & grati viri nominantur: ea vero omnibus, cum primis vero doctis hominibus commendata esse debet. De eo præclare Cornelius: *Maximum questum existimans, memorem, gratumq; cognosci.* Quæ omnia axiomatica Ethico pulcherrimo & verissimo concluduntur: *Sui cuique mores Fortunam fingunt.* Quam tamen sententiam Nepos eruditissima est, emendat: nempe primū esse, ut quis seipsum fingat, id est, omni genere virtutum exornet, & quasi formet, antequam

quam fortunam, & successus magnos expe-
ctet. Quibus addit ille κυριαράς omnium
officiorum, & catorthomatum matrem, &
effeētricem; *Cauere nempe, ne qua in re quis*
pletatur: hoc qui faciet, nā ille omni officio
pulcerime perfungetur. Nec temere So-
cates: Unicam virtutem esse statuit pruden-
nam.

Περικοπή duodecima.

His igitur rebus effecit, vt M. Vi-
psanius Agrippa intima familiaritate
coniunctus adolescenti Cæsari, cum
propter suam gratiam, & Cæsaris po-
tentiam, nullius conditionis non ha-
beret potestatem, potissimum eius
deligeret affinitatem, peroptaretque
Equitis Romani filiam generosam
nuptiis. Atq; harum nuptiarum con-
ciliator fuit (non enim celandum)
M. Antonius triumvir R.P. cuiusgra-
tia cum augere possessiones suas pos-
set, tantum absuit à cupiditate pecuniae,
vt nulla in re vesus sit ea, nisi in depre-
candis amicorum aut periculis, aut
incommidis. Quod quidem sub i-
psa proscriptione perillustre fuit. Nā

cum L. Sauffei Equitis Romani &
qualis sui (qui cum plures annos stu-
dio ductus Philosophiae habitabat,
habebatq; in Italia pretiosas posses-
siones) triumviri bona vendidissent
cōsuetudine ea, qua tum res gerebā-
tur, Atticilabore, atq; industria factū
est, vt eodem nuncio Sauffeius cer-
tior fieret; se patrimonium amisisse,
& recuperasse. Idem L. Iul. Calidium
Et: ἀχερίς, (quem post Lucretii, Catuliq; morte
ἀβεβαδίπνεος
ἀχερίς θεοί
χαρεις.)
multo elegantissimum Poētam vere
videor contendere, neq; minus virū
bonum, optimisq; artibus eruditum)
post proscriptioñem Equitum pro-
pter magnas eius Africanas posses-
siones in proscriptorum numerum a P.
Volumnio præfecto fabrūm Anto-
nii absentem relatum, expediuīt.
Quod in præsenti, vtrum ei laborio-
sius, an gloriōsius fuerit, difficile fuit
iudicare: quod & in eorum periculis
non secus absentes, quam præsentes
amicos Attico curæ esse, cognitū est.

In proxima ἡμέρᾳ exempla beneficen-
tiæ Attici fuerunt, & quātopere studia mor-
taliū

talium & benevolentiam ille sibi hac bene-
ficien^te exercitatione sibi conciliarit; sequū-
tur exempla benevolentie, amoris, & primo
filia M. Vipsanio, gratio Equiti Romano,
& quidem opera Antonii triumviri, collo-
cata. Sed & integratⁱs animi singularia exē-
pla obseruanda sunt: animusque ab omnib.
ordibus & cupiditat^m scabie alienissimus;
nec non singularis ratio v^tendi magnatum
opera, & gratia; deprecari amicorum peri-
cula, & incommoda. Id quod Cornelius ex-
emplo L. Sauffei, Equitis Romani, & L. Iu-
lli Calidii docet. In quibus non solum be-
neficien^ta spectanda, sed & constantia, & de-
lectus Attici in amicitiis sincere cum viris
nobilibus, doctiss. & probis obseruādus est.
In Calidii exēplo laus etiam Poëtæ animad-
uertenda est. Qui non solum elegans, sed &
optimis artibus præditus esse debet. Addun-
tur in fine laudes veram amicitia, cui in peri-
culis amici absentes & que, atque præsentes
curæ sunt: contra quam vulgo dicunt;

Non sunt amici; amici qui degunt procul.



TERTIA PARS
DE VITA INTERIORI,
& domestica.

HAc tenuis de Ciiali vita, ciuibibusq; vir-tutibus Titi dictum est: sequitur vita eiusdem Oeconomica interior, & domestica: item virtutes eiusdem interiores, & domesticæ. Hic hic ille locus est; vbi doctum, & literatum nostrum virum præcipue attētum esse velim. Vix enim quicquam virtis literatis promptius, & crebrius obiicitur; quā neglectus rei familiaris. Qui quidem Sophocli non obiectus tantum, sed apud iudices, quasi literarum dulcedine rem familiarem delabi sineret, criminis loco intentatus est. Sophocles, ait Cicero in Catone maiore, ad summam senectutem Tragœdias fecit, qui propter studium cum rem familiarem negligere videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more male rem gerentibus patrib. bonis interdicti solet; sic illum quasi despiciens māre familiari remouerent iudices. tum senex dicitur eam fabulam, quam in manib; habebat. Et proxime scriperat, Oedipū Coloneum recitasse indicibus, quæ si seqz, num illud

Oedipus Co-
lonense.

illud carmen desipientis videretur. quo recitato,
sententius iudicium est liberatus. Docti igitur Apodosis ge-
viri T. Pomponium Atticum eiusq; diligen- neralis huius
tiam in quenda re familiari, & amplificanda: ^{tertia partis} ad omnes e-
in Oeconomicæ totius frugalitate, modera- ruditos viros.
tione, & gratuitate imitantur: dentq; operâ,
vt, quemadmodum Titus, sic etiam illi in
virtutibus ciuilib. & Oeconomicis sunt pa-
res, id quod Nepos de Attico hoc in loco
prædicat. *Neg*, vero minus ille vir, bonus pa- *Vir bonus*
terfamilias habitus est; quam ciuis. Sed & a- *bonus pater*
libi Oeconomicam eius prudentiam laudat, *familias.*
cum ait: *Ac ne peregrinatio illa detrimentum*
aliquid afficeret rei familiari, &c. Sed perillu-
stre est, quod paulo post sequitur: *Hic com-*
plures annos moratus, cum rei familiari tan-
tum opera daret, quantum non indilgens pa-
terfamilias deberet, &c.

Nos igitur præcipuas eius virtutes Oeco-
nomicas, atq; adeo vitam eiusdem interio-
rem viris doctis & literatis spectandam ex-
hibebimus.

NEPONTH I.

Neque vero minus ille vir, bonus
paterfamilias habitus est, quam ciuis:
nam cum esset pecuniosus, nemo il-
lo minus fuit emax, minus edificator.
Neq; tamen non in primis bene ha-

bitauit, omnibusq; optimis rebus v-
sus est. nam domum habuit in colle
Quirinali Pamphilianam ab auuncu-
lo haereditate relictam, cuius amoeni-
tas non aedificio, sed sylua constaba:
ipsim enim tectum antiquitus con-

*Locus corrup-
tus, sed cui
nec Manuti-
us, nec quis-
quam alius
medicinam
facit.*

stitutum plus salis quam sumptus ha-
bebat, in quo nihil commutauit, nisi si
quid vetustate coactus est. Vsus est fa-
milia, sive tilitate indicadū est, optimas;
si forma, vix mediocri. Namq; in ea

erant pueri literatissimi, anagnostæ
optimi, & plurimi librarii, utne pedis-
sequus quidem esset, qui non utrum-
que horum pulchre facere posset.
Perimodo artifices cæteri, quos cul-
tus domesticus desiderat, apprime
boni: neq; tamen horum quenquam
nisi domi natum, domiq; factum ha-
buit: quod est signum non solum co-
tinentia, sed etiam diligentia. Nam
& non intemperanter concupiscere,
quod à plurimis videas, continentis
debet duci, & potius diligentia, quam
pretio parare non mediocris est in-
du-

dustriæ. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumptuosus omni diligentia modestiam non affluentem affectabat. Supellex modica, non multa.

In hac prima ~~admodum~~ vita Oeconomicæ Titi Pomponii Attici comparatio est ciuilis & Oeconomicæ vitæ: ciuilium, & oeconomicarum virtutum, in quibus T. Pomponius peræque excelluit. Quod certe omnibus eruditis hominibus est enitendum, ut pares scilicet sint in vitroque genere virtutum. Sed proprius ad Oeconomicas Titi virtutes accedamus. Præcipiunt autem Oeconomici *Frugalitas.* facile principem virtutum Oeconomicarū, frugalitatem sua mediocritate contentam; quam Horatius Ode 10. l. br. 2. non immere-to celebravit:

Auream quisquis mediocritatem

Dilegit; tutus caret obsoleti

Sordibus tecti, caret iniuidenda

Sobrinus aula, &c.

Ad hanc mediocritatem obtinendam non patrum facit, quod Cato admonere solebat: *Patrem familias vendacem, non emacem esse a-portere.* & Cicero in Paradoxis: *Non esse emacem, vestigal est.* Quid Nepos noster de At-tico? *Cum esset pecuniosus, nemo illo minus e-max, minus ad'ficator.* Hanc igitur frugalita-

F

*A' modis
ad omnes e-
ruditos.*

tem, vel potius mediocritate frugalem no-
ster ~~m̄m̄us~~ ~~se uirū~~, vir doctus & literatus tene-
at, obseruet. Neque tamen sordide habitet.
Nam sic Cornelius noster frugalitatem Titi
Oeconomicam per inductionem parium;
domus nempe, familiae, supellec̄tilis, posse-
fitionum, hortorum, prædiorum ita demon-
strat: ut interea nobis virtutes Oeconomicas
pulcherrimas ad imitandum proponat: cō-
tinuentiam, diligentiam, elegantiam, discen-
di voluptatem, studium suauitate cōditum,
veritatem, comitatem, grauitatem, odium
mendacii & vanitatis, alacritatem, industria
commonstreet. Ac frugalitatem domu. Cor-
nelius noster latis ostendit. Familiae vero nō
solum distinctio, & c̄stimator ex utilitate, vnde
bonitas, & forma; vnde externum quip-
piam elucet, probe tenenda est: non minus
ipsum genus familiae eruditioni, doctrinæ
inseruiens, anagnos̄te, librarii. Per artifices
ceteros glutinatores librorum, medicos, co-
quos, futores, tonsores, balneatores, con-
dos promos, cellarios, procuratores, atrien-
ses, mediaстinos, &c. intelligit. Quæ omnia
elogio continentia, diligentia, & industria
confirmantur. Tandem elegantia, splen-
dor, mundities Attico tribuuntur: magnifi-
centia, sumptus nimii, & ambitiosi, & luxus
affectatus remouentur. Supellec̄tilis medi-
ocritas commendatur.

II Epixot

Nec præteribo, quanquam non-nullis leue visum iri putē, cum in primis laetus esset Eques Romanus, & non parum liberaliter in suam domū omnium ordinum homines inuitaret, scimus non amplius, quam terna milia æris peræque in singulos menses ex Ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. atq; hoc non auditum; sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatē domesticis rebus interfuiimus. nemo in conuiuio eius aliud ἀκόμη audiebat, ^{in conuiuio}
T. Pompon.
Attici.

Hac Περιοπή Cornelius institutam frugalitatis, & mediocritatis demonstrationem prosequitur; & primo è subducta menstrua ephemeride, vel diario sumptuum factorū in singulos menses, quod certissimum est ar-

T. POMPONIUS

84
gumérum frugalitatis, & industriæ T. Pompon. Attici. Consulendus est de hoc loco Al-
das Manutius, sicut & in aliis, qui putat vo-
cem, *aris*, esse delendam, & legendam *terna*
millia, quæ summa efficeret *nonaginta scuta-*
tos; cum vulgata lectio *terna millia assium*, si-
ue *æris* tantum triginta scuta: os efficerent,
id est, in singulos dies scutatum, sum mam-
nimis exlem pro tanto viro. Plura Manu-
tius. Atque hæc omnia Atticus suo testimo-
nio asseuerat. Quod deinde Nepos addit de
Actoamatib. in conuiuis & lectionibus, id
singularis elegantiæ literatæ & Platonice & vo-
luptatis. De quibus sobriis literatis, & Plato-
nicis conuiuis preclare luuenalis:

Sat. II.

*Nostra dabant alios hodie conuiua ludos:**Conditor Iliados cantabatur, atq. Maronis**Vide Platon.**Altisoni dubiam facientia carmina palmâ.**in Conuiuo.**Haec igitur, & similia a coœuora in symposiis**doctis viris sunt longe dignissima. Vide Plu-**tarchum in Sympoliacis.*

APHORISMVS III.

Cum tanta pecuniæ facta esset ac-
cessio, nihil de quotidiano cultu mu-
tauit, nihil devitæ consuetudine, tan-
taq; v̄sus est moderatione, vt ne q; in
H.S. vicies, quod à patre acceperat,
parum se splendide gesserit: ne que in
H.S.

Constantia
in cultu &
victu.
In statu
sexaginta
millibus.

H-S. centies affluentius vixerit, quā *in scutatis
instituerat*: pariq; fastigio steterit in
vtraq; fortuna: nullos habuerit hor-
tos, nullam suburbanam, aut mariti-
mam sumptuosam villam, neque in I-
taliam (præter Ardeatinum & Nomen-
tanum) rusticum prædium. Omnis
eius pecuniæ redditus constabat Epi-
roticis, & vrbaniis possessionibus: ex
quo cognosci potest, eum pecuniæv-
sum non magnitudine, sed ratione so-
litum. Mendacium neq; dicebat, ne-
que pati poterat. Itaq; eius comitas
non sine seueritate erat, neq; grauitas
sine facilitate: vt difficile esset intel-
lectu, vtrum eum amici magis vere-
rentur, an amarent. Quicquid roga-
batur, religiose promittebat, quod
non liberalis, sed leuis arbitrabatur
polliceri, quod præstare non posset.
Iam in nitendo quod semel admisiſ-
ſer, tanta erat cura, vt non mādatam,
sed suam rem videretur agere. Nuſ-
quam suscepit negotii eumpertēſum
est: suam enim existimationem in ea

*Veritatis ſtu-
dium:
η φιλολήθα.
Comitas cō-
dia.*

*Fides in pro-
missis.*

*In gratifica-
do.*

86 T. P O M P O N I V S

re agi putabat: qua nihil habebat ca-
Exempla ha-
rum virtutū
rius. Quo siebat, ut omnia Ciceronis,
Catonis, Quintiq; Hortensii, A. Tor-
quati, multorum præterea Equitum
Causa nō
in Badias
Romanorum negotia procuraret. ex
T. Pomp.
Attici.
quo iudicari poterat, non inertia,
sed iudicio fugisse reipubl. procura-
tionem.

Prosequitur Cornelius in hac *Oeconomis* laudes T. Pomponii Attici
constantiae in instituto Oeconomico, medi-
ocritatis, moderationis, continentiae, fruga-
litatis; quæ omnia ille Epiphonemate: *Vsum*
pecunia non magnitudine, sed ratione meien-
dum esse. Addit his *omnibus apud;* virtutes
quasdam familiares plane aureas seuerissi-
mum & sanctissimum studium veritatis;
alienissimum ab omni vanitate, sophisti-
ca, mendaciis, leuitate, fidem in seruan-
dis promissis: comitatem seueritate condi-
tam, & grauitatem facilitate temperatam,
quibus ille & reverentiam, & amorem o-
mnium sibi cōciliauit: constantiam, & seri-
alacritatem in negotiis semel suscepitis. At-
que hæc omnia amore, & studio suæ existi-
mationis tuenda, tanquam fonte omnium
officiorum illustrantur. Exempla hīc illu-
stria sunt: negotia nempe Ciceronis, Cato-
nis,

Fons omnium
officiorum.

nis, Qu. Hortensi, A. Torquati procurata.

Atq; hinc Nepos concludit, Atticum non *Vide Proo.*
inertia, sed iudicio fugisse R. P. procuratio- *A d. de Biac-*
nem. Quæ omnia virum bonum & litera- *tra.*
tem apprime decent.

Περιττὴ IV.

Humanitatis vero nullum afferre *Humanita-*
maius testimonium possum, quam *tis testimo-*
quod adolescentis seni Syllæ fuerit iu-
cundissimus: senex adolescenti Bru-
to: cum æqualib. autem suis Q. Hor-
tensio, & M. Cicerone sic vixerit, ut
iudicare difficile sit, cui etati fuerit a-
ptissimus: quanquam eum præcipue
dilexerit Cicero, ut ne frater quidem
ei Quintus charior fuerit, aut famili-
arior. Ei rei indicio sunt, præter eos
libros, in quibus de eo mentionem fa-
cit, qui in vulgus sunt editi, sexdecim
volumina Epistolarum; à consulatu *Epistola ad*
eius, usque ad extremum tempus ad *Atticum, ea-*
rum argumentum, digni-
multum desideret historiam conte- *tum, digni-*
xtam eorum temporum. Sic enim o- *tus, præcel-*
mnia de studiis principum, vitiis du-
cum, & simulationibus Reipub. prescri-

pta sunt, vt nihil in iis non appareat;
 & facile existimari possit, prudētiam
 quodammodo esse diuinationem.
 Non enim Cicero ea solum, quę viuo
 se acciderunt, futura prædixit; sed et
 iam, quæ nunc vſuveniunt, cecinit, vt
 vates. De pietate autem Attici quid
 plura commemorem? Cum hoc i-
 ppsum vere gloriantem audiuerim in
 funere matris suæ, quam exulit an-
 norum nonaginta, cum esset septem
 & sexaginta; se nunquam cum matre
 in gratiam rediisse: nūquam cum so-
 rore fuisse in similitate, quam prope
 ætate æqualem habebat: quod est si-
 gnum, aut nullam vnquam inter eos
 querimoniam intercessisse: aut hunc
 ea fuisse in suos indulgentia, vt quos
 amare deberet, irasci ei nefas du-
 ceret.

Recenser easdem virtutes, quæ in cōuer-
 satione domestica, & ciuili cēnuntur maxi-
 me, quarum mater est ὡλαρδεπία, humani-
 tas: cui μαρθερία, & Timonismus opponi-
 tur, virtus quasi propria literatorum, & do-
 ctorum hominum. Ab ea enim studia ha-
 mani-

Pietas in
suos.

Apophthe-
gma.

Humanita-
in litera,

manitatis, litera humaniores nomen adeptae sunt, quibus nostrum virum doctum egregie atque excellenter imbutum atque instructum esse volumus. Haec sunt illae literae, quibus principes in R.P. viri excellere quodam confueuerunt: ut I. Caesar, Atticus, Cicero, Brutus, &c. etiam si, qui hodie iisdem præstant, nullo nec numero, nec loco sint: immo illorum minus ratio habeatur, quam vlorum Megarense: *Vide prover.*
Megarense
nec primi, nec ultimi.

Ceteris quoque viris. Sed haec literaturæ veteris, & amicioris labaceentis, & latè antis portentas sunt. Sed ad Atticum nostrum redeo. Ob humanitatem Atticus Syllæ seni; adolescenti Bruto, Qu. Hortensio, M. Ciceroni, (at quantis viris!) fuit incundissimus. Hinc sequitur in humanitate, feritate, fastu, typho, cyclopismo nihil à viro docto alienius: nihil talibus inuisius, detestabilius. Celebrat deinde Nepos amicitiam Attici, & Ciceronis, quæ talis tantaque fuit, ut merito vterq; inter paria amicorum, quæ per pauca ex omni seculorum memoria commemo- rantur, referri debeat. De qua *Epistola ad Atticum*: item libellus *De senectute*, in promptu sunt. Epistolarum quidem ad Atticum laudes amplissimæ, verissimæque hic recensentur: in primis quidē chronologicæ, & historicæ laudes. Illæ quidem Epistolæ cedro dignæ sunt, de studiis principum, virtutis ducum

Epistola ad Atticum.

T. POMPONIUS

20
zimulationibus R. P. in quibus explicandis
Historici plerunque muti canes, ita omnia
perscripta in iisdem sunt, ut nihil in iis non
apparet. Omnes ergo ad eadēm studiosissi-
mē, accuratissimeque legendas inuitare &
allicere debent. Sunt enim ex tripode hu-
mane & politicæ sapientiae. Ex earum enim
oraculis Nepos *prudentiam* existimari posse
diuinationem efficit: & prudentes atq; sapiē-
tes viros vates. Sicut & Diodorus Siculus hi-
storiam vere & sincere scriptam *vatividicam*
appellat. Ultimum in hac *περιτηνή* est exem-
plum pietatis in matrem & sororem. De hac
cōstantissima & religiosa pietate Apophthe-
gma Attici memorabile est: *se nunquam cum*
matre in gratiam redisse: nunquam cum sorore
in similitate fuisse. Quæ omnia laudatissima
& præclarissima sunt.

Περιτηνή V.

Neq; id fecit natura solum (quan-
quam omnes ei paremus) sed etiam
doctrina: nam & principum philoso-
phorum ita percepta habuerat præ-
cepta, vt his ad vitam agendam, non
ad ostentationem vteretur. Moris e-
nim maiorum summus imitator fuit,
antiquitatisq; amator: quam adeo di-
ligenter habuit cognitam, vt eam to-
tam

*Apophthe-
gma Attici.*

*Antiquita-
tis studium.*

tam in eo volumine exposuerit, quo *Scriptat.*
magistratus ornauit. Nulla enim lex, *Pom. Attisi.*
neq; pax, neq; bellum, neque res illu-
stris est pop. Rom. quæ non in eo suo
tempore sit notata: &, quod difficili-
mum fuit, sic familiarum originē sub-
texuit, vt ex eo clarorum virorum o-
rigines possimus cognoscere. Fecit
hoc idem separatim in aliis libris, vt
M. Bruti rogatu, Iuniam familiam à
stirpe ad hāc ætatem ordine enum-
rauerit, notans, qui, à quo ortus, quos *Methodus*
honores, quibusq; temporibus cepis-*genealogica.*
set. Pari modo Marcelli Claudi de
Marcellorum, Scipionis Cornelii, &
Fabii Maximi Fabiorum, & Æmylio-
rum: quib. libris nihil potest esse dul-
cius iis, qui aliquam cupiditatem ha-
bent notitia clarorum virorum. At-
tigit quoq; Poeticen, credimus, ne e-*Poëtica.*
ius expers esset suavitatis. Namque
versibus qui honorum, rerumq; ge-
starum amplitudine cæteris Roman.
populi præstiterunt, exposuit, ita, vt
sub singulorum imaginib. facta, ma-

gistratusq; eorum, non amplius quaternis, quinis vēversibus descriperit: quod vix credendū sit, tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiam unus liber Græce confectus de Consulatu Ciceronis. Hactenus Attica viuo edita à nobis sunt.

*Liber Gracis
de Consulatu
Ciceronis.*

Philosophatur Nepos de caussis tantorū officiorum, & virtutum Attici; atq; eas confert in naturam quidem, (cuius vis est longe maxima: & cui, vt ait Nepos, pāremus omnes) sed non solam, verum etiam doctrinam, & vīsum Philosophiae. Locus hic de vīsu Philosophiae pulcherrimus est: *'Philosophia non ad ostentationem, sed ad agendum vitam vni debemus. Qua de re Epiceti locum cap. septuagésimo secundo non potui non adscribere: Οτι τις ἔπι τῷ νοῦν, καὶ ἐξηγήσας διάλογον τὰ Χρύσιππας Βιβλία Σεμνών την, λέγε explicat, νοο sequuntur. Magna est differentia inter literatum, & eruditum, quem εἰπεν οὐδὲν ἀντιχειρεῖται εἰφέντων οὐδὲν αὐτοφῶς ἐγεγράφει, εἰδὲν αὐτὸν εἰχεν εἴτε οὐδὲν οὐδὲν αὐτὸν εἰπειται. Εγώ δέ πι βέλομαι; καλαθετοντας, φέρειν τὴν Φύσιν καὶ ταῦτη ἐπειδότι. Σητῶν τὸν διηγηματικὸν οὐδὲν οὐδὲν ἐξηγήσαμεν οὐδὲν Χρύσιππος Καταγράψας, ερχομένας αὐτὸν. ἀλλ' εἰ νοῶ τὰ γεγονότα μόνον, οὐδὲν τὸν τον εξηγήσαμεν. οὐδὲ μέροντας: Χειροτέτων εἰσεν Σεμνόν. οτιν δέ εὔρω τὸν εξηγούμενον.*

Grammatici, non Philosophi sunt, qui praecepta sapientum explicat, nos sequuntur. Magna est differentia inter literatum, & eruditum, quem εἰπεν οὐδὲν αὐτοφῶς ἐγεγράφει, εἰδὲν αὐτὸν εἰχεν εἴτε οὐδὲν οὐδὲν αὐτὸν εἰπειται. Εγώ δέ πι βέλομαι; καλαθετοντας, φέρειν τὴν Φύσιν καὶ ταῦτη ἐπειδότι. Σητῶν τὸν διηγηματικὸν οὐδὲν οὐδὲν ἐξηγήσαμεν οὐδὲν Χρύσιππος Καταγράψας, ερχομένας αὐτὸν. ἀλλ' εἰ νοῶ τὰ γεγονότα μόνον, οὐδὲν τὸν τον εξηγήσαμεν. οὐδὲ μέροντας: Χειροτέτων εἰσεν Σεμνόν. οτιν δέ εὔρω τὸν εξηγούμενον.

γάμδρον ἀπολέπειαι χεῖδην τῆς παρηγ- ut docuit
γελωθόις. Στὸ αὐτὸν μονον Σεμίον ἐστιν. ἄν^{in libellus que}
οἱ αὐτὸν ἐξηγήσας θαυμάσω τι ἄλλον διταχίου λε-
γειν μακρὸς ἀπειλέσθην αἱ τὶ φιλοσοφίας τεταρτον ab
τοιών γε δὴ, ὅπις ἀπὸ μῆτρας Χρύσιππων εἰς η- eratatio-
γέραρθρον μᾶλλον εὐταν τις εἴπη μοι ἐπε-
νάγνωσθι μοι Χρύσιππων, εἰς θεραῖ, ὅπου μὴ
διώματα ὄμοια τὰ ἔργα, καὶ Κύμφωνα ὅπι-
δεκτύνειν τοῖς λόγοις: hoc est, Si quis
intelligentia, & facultate librorum Chrysip-
pi gloriatur, ipse tubi dic; nisi obscure scripsi-
set Chrysippus, nihil babere illa, de quo gloria-
retrur. Ego vero quid cognoscere studeo? Na-
turam, & hanc sequi. Quare igitur quis sit e-
ius interpres? Cum audiero Chrysippum esse,
cum conuenio. At scripta non intelligo. Quo-
ro igitur enarratorem. Achætenus quidem
nihil præclarari. Cum autem enarratorem inue-
nero, reliquum est, uti præceptis; id quod so. Vt ipso
lum præclarum est. Sin ipsam enarrationem p̄is.
admiratus fuero: quid aliud nisi Grammaticus
Philosophi loco emasi? eo dūtuxat excepto, quod
pro Homero Chrysippum enarro. Magis igitur,
cum quis à me petierit pralegi sibi Chrysippum, erubet
eo: cum facta nequeo similia ver-
bi, & consentanea præstare.

Et cap. 75. Οὐ πέπτες καὶ ἀναγκαῖται πρῶτος πρincipius lo-
τοπον ἐστιν τὸ φιλοσοφία, οὐ τῆς χείρος τῶν τοις in Phil.

93 **Secondus.** δογματων οἰον, ὃ γὰρ φεύδεσθ. ὃ δεύπερος,

εις. ὃ τῶν ἀπόδειξεων οῖον, πῶς καὶ δεῖ φεύδεσθαι.

Tertius. Τέττατων βεβαιώσκεις, καὶ μορφω-

τικός οῖον, πίστει ὅπ. Γιγο ἀπόδειξις. Τι πάρε-

ειν ἀπόδειξις, τί ἀκολυθία, τί μάχη, τί θλη-

γὴ, τί φεῦδεται; ἐκοινὸν ὁ μὲρος τέττατον

ἀναγνοῦται. Διὸ τὸν δεύπερον, ὃ δεύπερον

διὸ τὸν πεῖστον, ὃ δεύπερον πεῖστον, καὶ ὅποι

ἀναπίνεσθαι δεῖ ὁ πεῖστος. ἡμεῖς δὲ εἴρηται

τοιμῆδον. Εὐχαρίστητον τὸν μερόντα τοῦτον.

Τέττατον πεῖστον εἶναι ημῖν η πάντα απόδημον.

Καὶ τοῦτο σκεπτόντον εστιν ημῖν η πάντα απόδημον.

Τέττατον πεῖστον εἶναι ημῖν η πάντα απόδημον.

Præcepta, & **causis præ-** **cus est is, qui agit de usū decretorum: veluti**
ceptorum, & de non mentiendo. Alter, qui demonstratio-
nem methodo de tractat; cur non sit mentiendum? Tertius, is,
qui has ipsas confirmat, & distinguit: veluti,
monstratio- **qui si sit, quod ista sit demonstratio? quid sit de-**
num potiora. **monstratio? quid consequentia? quid pugna?**
Quare tertius lo-
cus necessarius est propter secundum, secundus
Disputare de propter primum. Maxime autem necessarius
virtute, quā est, & in quo conquiescendum sit, primus. Nos
ex virtute **vero dinersum facimus. Nam in tertio loco im-**
vivere prem **moramur, in eoque omne nostrum studium con-**
pliis. **sumi-**

sumimus: primum autem oranino negligimus.
 Prinde mentimur quidem: quomodo autem
 demonstretur non esse mentendum, in promptu
 habemus. Hęc Epictetus vere & grauiter de
 vsu Philosophiae, & Pacuvio conuenienter,
 qui praeclare: *Odi homines, philosopha senten-*
cia, ignava opera. Hęc quidem Pomponii no-
 stri in doctrina φιλοσοφία, & ingenii elegantia
 fuit, vt non tantum omnem antiquitatem
 perspectissimam haberet, sed & summus i-
 mitator eiusdem existeret. Historiae ergo,
 antiquitatis, moris maiorū cognitio, amor,
 imitatio nobilissimis ingenii dignissima est,
 nec leue argumentum constantiae animi, &
 grauitatis: cum omnis affectatio nouitatis
 fere sit inuidiosa, & levitatem quandam re-
 dolet. Hinc & Thucydes Athenenses
 suos ἵπποντας τῷ νεώδετῳ, *contemptores mo-*
ris maiorum non sine probro appellat. Se-
 quitur Catalogus scriptorum Pomponii: &
 primo volumen *ἀρχαιογράφων* magistratus.
 In quo diligentiam, *ἀκελέα* noster ὁ πατ-

Catalogus
scriptorum
Pom. Attic.

στι, literatus, & doctus vir non admire-
 tur tantum, sed & imitetur, vt qui non legē,
 non pacem, non bellum prætermiserit; qui
 origines, & *ἱπποντας* familiarum exactissi-
 me descripsit: quemadmodum & separa-
 tam in familia Iunia ab eodem factum est.
 Talem diligentiam in genealogis Principū
 quarundam familiarum Germanię singulari-

96 T. POMPONIUS

quodam artificio adhibitam ipse in manu-
scripto vidi à reuerendo, clarissimo, amplis-
simōq; viro, Dn. D. *Ioanne Pistorio*, Niddano,
Theologo, Protonotario Apostolico, & Ca-
nonico Constantiensi, &c. Domino, & Ma-
cenate perpetua obseruantia colendissimo:
quas vñnam aliquando publici iuris facere
dignaretur. Addit Cornelius, Atticum, ne
Poeticæ quidem suauitatis expertem fuisse.
Poëses elegatiā, suauitatem nemo sanus,
nemo ~~πλόκαλος~~, vñquam aspernatus est. Vide
q̄a de Poësi, & literis Græcis in proœmio
meo Periparetico annotaui. Ex hoc quidem
loco Pomponium argutis, & brevibus Epi-
grammatibus, quibus nihil suauius, delecta-
tum fuisse cognoscimus. De studiis Græca-
tum literarū in Atheniensibus, ynde & *Atti-
ci* nomen Pomponius retulit, vt est apud Ci-
ceronem Catone Maiore, supra in adolescē-
tia Attici dictum fuit: hic eruditio[n]is, & celo-
quentiæ Græcæ opus de Consulatu Cicero-
nis ab eodem editum videmus. Cætera eru-
ditæ elegantiæ propria omnia in Epistolis ad
Atticum habentur.

APHORISMVS VI.

Hæc tenus Attico viuo à nobis edi-
ta sunt. Nunc, quoniam fortuna nos
superstites ei viuo esse voluit, reliqua pro-

prosequemur, & quātum poterimus,
rerum exemplis lectores docebimus,
sicut supra significauimus, *Sui cūique
mores plerung. cōciliare fortunam.* nam-
que hic contentus ordine Equestri,
quo erat ortus, in affinitatem perue-
nit Imperatoris diui I V L I I filii, cum
iam antefamiliaritatem eius esset cō-
secutus nulla alia re, quam elegantia *Elegantia
vitæ*, qua cæteros ceperat principes *vita.*
ciuitatis, dignitate pari, fortuna hu-
miliore. Tanta enim prosperitas Cæ-
sarem est consecuta, ut nihil ei non
tribueret fortuna, quod cuiquam an-
tè derulerit, & conciliārit, quod ciuis
Romanus quiuit consequi. Nata est
autem Attico neptis ex Agrippa, cui
virginem filiam collocavit. hanc Cæ-
sar vix anniculam T. Claudio Nero-
ni Drusilla nato priuigno suo despō-
dit. Quæ coniunctio necessitudinem
eorum sanxit, familiaritatem reddi-
dit frequentiorem. Quamuis ante
hæc sponsalia non solum cum ab ur-
be abesseret, nunquam ad suorum quæ-

G

T. P O M P O N I V S

98 quam literas misit, quin Attico mit-
teret, quid ageret in primis, quid le-
geret, quibusq; in locis, & quam diu
effet moraturus: sed & cum effet in
vrbe, & propter suas infinitas occu-
pationes minus s̄ape, quam veller,
Attico frueretur: nullus dies temere
intercessit, quo nō ad eum scriberet,
quo aliquid de antiquitate ab eo re-
quireret, modò aliquam quēstionem
poēticam ei proponeret, interdum
iocans ejus verbosiores eliceret epi-
stolas. Ex quo accidit, cum ædeslo-
uis Feretrii in Capitolio ab Romulo
constitutavet ustate, atq; incuria pro-
laberetur: vt Attici admonitu Cæsar
eam reficiendam curaret. Neq; vero
à M. Antonio minus absens literisco-
lebatur, adeo, vt accurate ille exul tū
his terris, quid ageret, quid curæ sibi
haberet, certiorem faceret Atticum.
Hoc quale sit, facilius existimabit is,
qui iudicare poterit, quantæ sit sapi-
tiæ, eorum retinere vsum, beneuolē-
tiamque, inter quos maximarum re-
rum

*Argumenta
literarum
inter amicos.*

*Argumenta
literarū in-
ter uros do-
tos.*

rum non solum æmulatio, sed & ob-
trectorio tanta intercedebat, quantā
fuit necesse intercedere inter Cesarē,
& Antonium, cum vterq; principem
non solum vrbis Romanæ, sed orbis
terrarum eis cuperet.

Epilogus historiæ Attici, quæ viuo Atti-
co edita fuit: sequitur anacephalæosis exem-
plorum ad axioma Ethicum, quod supra à
Cornelio in medium allatum fuit: *Suos cui-
que mores Fortunam conciliare*. Primum au-
tem huius rei exemplum est Attici cum D.
Julio Imperatore, affinitas, necessitudo, fa-
miliaritas; sicut & cum M. Antonio acerri-
mis æmulis, ceterisq; principibus R. P. Ro-
manæ, quos ille sibi vnicæ *elegantia vita*, s. *Elegantia
ζωήσιν ο φιλοκατία* sibi conciliauerat. Familiari-
tatis argumenta cum D. Julio præclara
recenset Nepos: Literas humanissime scri-
ptas, & frequentissime ad Atticum. Vnde
Cornelius summam sapientiam T. Pompo-
nii Attici concludit. Hos igitur sui amores
elegantia vita, εὐχαριστία, φιλοκατία excitant:
sicut contra *vita αγχυστία*, turpitudo, fordes,
ineptiæ, nugæ omnium odium pariunt: av-
gredi vero morositas siue asperitas plerisque
literatis, & doctis nimis familiaris, non affi-
nitatibus, familiaritatibus & amicitiis con-

100 T. P O M P O N I V S
ciliandis inferuit: sed est, ut ait Plato, τῇ ἐρημίᾳ
solitudini ξωνικοις vicina, εἰς coniuncta.

Περιοπή VII.

Tali modo, cum septem, & septua-
ginta annos complesserat, atque ad ex-
tremam senectutem non minus di-
gitate, quam gratia, fortunāq; cre-
uisset (multas enim hereditates nulla
alia re, quam bonitate est cōsecutus)
tantaq; prosperitate usus esset vale-
tudinis, ut annis triginta medicina
non indiguisse; nactus est morbum,
quem initio & ipse, & Medici conté-
pserunt: nam putarunt esse *tenas mon*,
cui remedia celeria, faciliaq; propo-
nebantur. In hoc cum treis menses
sine vilis dolorib. præterquam quos
excursione capiebat, cōsumpsisset,
subito tanta vis morbi in unum inte-
stinum prorupit, ut extremo tempo-
re per lumbos fistula putris eruperit.
Atque hoc priusquam ei accideret,
postquam indies dolores accrescere,
febresque accessisse sensit, Agrippam
generum ad eum accersiri iussit, & cum

Valetudo.

Tenasmus.

co

eo L. Cornelium Balbum, Sextumq;
Peduceum. Hos vt venisse vidit, in
cubitum nixus.

Sequitur extrema pars vitæ T. Pomponii
Attici, senectus, & ipsa extrema linea rerum,
& catastrophe, mors scilicet tali, tantoque
Philosopho digna. Mirifice autem delecta-
batur Atticus libello *Ciceronis De senectute*
sibi dedicato, vt est Epistola 3. lib. 16. ad Atti-
cum, ex cuius praescripto crediderim Atticū
senectutem suam non tam canis & annis,
quam virtutibus & sapientia grauem (*γῆρας*
σοφίας & *ηρεμίας*, senectus flos sapientiæ) egisse; vel
potius ipsi Tullio suum Atticum omnis tū-
nelas, & veneranda ætatis exemplar in ea
scriptione propositum fuisse. Ea ergo Titi
tanta, tam veneranda senectus, omni virtu-
tum per omnem ætatem cultarum fructu &
adorea laudis, & gloriae uberrima singulare
Attici nostri *viduacionis* fuit. *Ad extremam*
senectutem, ait N eos, *non minus dignitate,*
quam gratia fortunæ, crevit. Argumento est,
multas illum hereditates nulla alia re, quam
bonitate nature consecutum. Eò accessit va-
letudo prosperissima per annos triginta. Id
tamen obseruandum, T. Pompon. Atticum
anno climacterico nempe septuagesimo se-
ptimo decessisse. Solent autem anni clima-
terici, præsertim sexagesimus tertius, & sub-

sequentes plerisq; senibus esse fatales. Morbum, vel potius opinionem de morbo Attici Nepos satis describit. De quo illud tenendum est: *Fata subiles vias quarere, quando ex decreto urgent: & nobilissimus Poëta: Nescia mens hominum fati, inquit, sortisq; futura.*

Περιοχὴ VIII.

Quantam, inquit, curam, diligen-
tiamq; invaletudine mea tuenda hoc
tempore adhibuerim, cum vos testes
habeam, nihil opus est pluribus ver-
bis commemorare: quibus, quoniā,
vt spero, satisfeci, me nihil reliqui fe-
cisse, quod ad sanandum me pertine-
ret, reliquum est, vt egomet mihi cō-
sulam. Id vos ignorare volui. nam
mihi stat morbum alere desinere: nā-
que his diebus quicquid cibi sumsi, i-
ta produxi vitā, vt auxerim dolores,
sine spe salutis. Quare à vobis peto,
primum vt consilium probetis meū;
deinde ne frustra dehortando cone-
mini. Hac oratione habita, tanta cō-
stantia vocis atq; vultus, vt non ex vi-
ta, sed ex domo in domum migrare
videretur: cum quidem Agrippa eū
flens

flens, atq; osculans oraret, atq; obliteraret; ne ad id, quod natura cogeret, ipse quoq; sibi acceleraret: & quoniā tum quoq; posset temporibus superesse, se sibi, suisq; reseruaret: preces eius taciturna sua obstinatione depressit. Sic cum biduo se cibo abstinuisset, subito febris decessit, leuior que morbus esse cœpit: tamen propositum nihilo secius peregit. Itaq; die quinto, postquam id consilium inierat, prid. Calend. April. C. Domitio, C. Sosio Coss. decessit. Elatus est in lecticula, ut ipse præscriperat, sine villa pompa funebri, comitantibus omnibus bonis, maximā vulgi frequētiā. Sepultus est iuxta viam Appiam ad quintum lapidem in monumento Q. Cæcilii auunculi sui.

In hac vltima θεωρη extrema T. Pomp. Attici ad suos oratio, & Apologia de cōsilio mortis per inediam accelerandæ. Quod quidem constantiæ philosophicæ de morte minime pertinēscenda, haud leue argumētū existimari debet, sed minime nobis probandum. Quanto sapientius Atticus noster

existimationi sue, & tot virtutibus per omnē
āetatem exultis apud omnem posteritatem
cauisset, si Ciceronem suum in Catone ma-
iore, vel potius summum Philosophum Py-
thagoram audiuisset: qui vetat *in iussu Imper-*
atoris, id est, *Dei de praesidio, & statione dece-*
dere: immo Agrippam generum recte monen-
tem: ne ad id, quod natura cogeret, ipse quoque
sibi acceleraret: & quoniam tum quoque posset
temporibus superesse, se sibi, sui que referuaret.
Sed hoc accidete necesse est illis, qui nulla
vera & stabili sententia de vero Deo, de pre-
miis & suppliciis sempiternis imbuti sunt:
vt illis nempe in extremo discrimine consti-
tutis omnis humana sapientia, & prudentia,
& Philosophia penitus elabatur, & euanc-
scat. Quanquam T. Pompon. Philosophia
congruenter obiit, καὶ τὸν διφύλαξτον. Im-
probe quidem Atticus, Cicero, Corn. Taciti-
tus, Suetonius, & alii fecerunt, quod religi-
onem Christianam non amplexi sunt: sed cū
essent Ethnici, vt Ethnici vixerunt, & obie-
runt. Iuris cōsultus ille argute: *Turpiter qui-*
dem facere meretricem, quod sit meretrix: non
tamen turpiter accipere, cum sit meretrix. Ad-
dit Nepos, moderationem in pompa fune-
bri, funeris frequētiā, & locum sepulchri.
Quae omnia instituta vitæ rationibus Attici
conuenienter sese habent:

Summo ne medium, medio ne discrepet imum.

F I N I S.